

ERMERINS, F Z
C

SPECIMEN HISTORICO-MEDICUM INAUGURALE

DE

HIPPOCRATIS DOCTRINA A PROGNOSTICE ORIUNDA,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

CASPARI GEORGII CAROLI REINWARDT,

PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LIGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO ET SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

FRANCISCUS ZACHARIAS ERMERINS,

MEDIOBURGENSIS.

AD DIEM III NOVEMBRIS MDCCCXXXII, HORA I—II.

IN AUDITORIO MAJORI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD C. C. VAN DER HOEK,

MDCCCXXXII.



TYPIS J. G. LA LAU.

VIRO CLARISSIMO

CORNELIO PRUYS v. d. HOEVEN

MED. DOCT. ET IN ACAD. LUGD. BAT. PROF. ORD.,

PRAECEPTORI AESTUMATISSIMO

Hasce Studiorum suorum primitias
in publicum pietatis et reverentiae
testimonium

D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Ego, si in conscribendo hoc Specimine Academico ab omni laudis studio alienum me fuisse profitear, mentiar. Neque vero pudet illo ductum fuisse. Etenim, quod habet ille TULLIUS, *» trahimur omnes laudis studio et optimus » quisque maxime gloria ducitur." Sed praeterea justam quamdam laudem mihi expetivisse visus sum: illam videlicet, quae posita est in obsequendo consiliis eorum, quos temporum felicitas sapientes studiorum moderatores mihi concessit, quique optime de me meriti animum ad bonum quodvis et verum, et pulcrum assequendum incitare non desierunt, sed illum exemplo et monitis erexerunt, et mentem ex praestantissimae suae doctrinae copia et probatissimae experientiae ubertate aluerunt et refecerunt. Quod ut melius intelligatur, pauca de hujus scriptiunculae origine praefanda habeo.*

Inter plurimos, quos optimos cognovi in almâ hâc Academiâ Praeceptores, audire mihi contigit Clar. PRUYS V. D. HOEVEN *Pathologiam et Praxin Medicam, atque etiam Artis et Scientiae nostrae Historiam tradentem. Quem cum audirem, mentem perculit diligentia, qua nullo non tempore* HIPPOCRATIS *scripta citabat et summis evehebat laudibus, et ipsum tanquam Deum quemdam medicum venerari videbatur, quem divinum solent appellare senem. Equidem parum considerate, ut fert mens juvenilis, illud veluti morem quemdam, scilicet non sapiens reputabam consilium, atque ex eo interpretabar, quod magnam studiorum suorum partem in his rebus collocasset, ideoque mirifice illis delectatus vehementer eas commendaret, absque eo ut nos, qui docendi munus certe nusquam susciperemus, inde tantos colligeremus fructus, quantos ille inde percipi posse praedicabat.*

Verum quam puduit postea iniquissimae tum Praeceptoris dilectissimi, tum HIPPOCRATIS *ipsius existimationis!*

Quum enim lapso aliquo tempore Foësianam mihi comparassem hujus Auctoris editionem, legissemque Viri Clarissimi illam Chrestomathiam Hippocraticam, cum ipso haec communicabam, qui benigne, ut solet, me excipiens: »age!" inquiebat, »tu lege et perlege HIPPOCRATEM, *et si quando Dissertatio tibi »conscribenda erit, de* HIPPOCRATE *conscribe!"*

Famâ nominis Graeci allectus curiosius germanos legere coepi libros, eo, quem in Chrestomathiae laudatae Praefatione Vir inclytus indicaverat, ordine. Quos pervolvens loca secum invicem convenientia annotabam et integrum fere Prorrheticum *in* Coacis *reperiebam, et in iisdem longe majorem* Prognostici *partem et* Aphorismos *plurimos: quo facto demum Praefationem illam intelligebam et* HOEVENII *lectiones de hâc Historiae Medicinae periodo. Quâ re gavisus Praeceptorem adii, qui, ut de medicinae Hippocraticae origine quaedam in medium proferrem, mihi auctor fuit.*

Jam vero et GRÜNERI *Censuram librorum Hippocrateorum, et* SPRENGELII *et* HECKERI *scripta versabam, cum a studiis meis avocabar rebus ab his profecto quam alienissimis; quandoquidem infelicissima rei publicae conditio per integrum annum arma me gerere jussit, et una cum commilitonibus publica commoda privatis anteponere.*

Abhinc anno in Academiam reduci, primis mensibus de HIPPOCRATE *ne vel cogitare quidem licebat. Quippe medico practico futuro alia, praeter venerabilia haec sapientiae Graecae monumenta, pervolvenda mihi erant scripta, ne certe prorsus imparatus, quasi tempestate quadam ad hanc medendi artem exercendam deferrer. Tandem tamen opus iterum suscepi et* GALENI *quoque legi et* DURETI, *et* PROSPERI MARTIANI *in* HIPPOCRATEM *Commentarios, et* FRIENDII *illam Epidemiorum Editionem, et* TRILLERI *de hoc argumento ad* FRIENDIUM *Epistolam, ejusdemque de nova* HIPPOCRATIS *editione adornanda opusculum. Quo facto denique jamjam Dissertationem conscripturus eram.*

Verum hoc opus, hic labor erat. Quippe prope perspiciebam plures, ut hoc rite peragerem, in me requiri dotes, quam aut habeam, aut ut habeam aliquando sperare ausim. Primo namque haud mediocriter linguam Graecam me callere debere, tum et medendi arte non leviter pollere, porro interdum Critici munere fungi posse, caet., a quibus omnibus eheu! quam longissime me abesse

sentiebam; adeo ut consilii, quod ceperam, imprudentissimi pertaesus, hoc fere mutandum censerem.

Depressum autem animum erexit Praeceptor benevolus, qui ultra posse neminem teneri dixit, neque a juvene laborem exspectandum esse, cui bene gerendo virilibus opus esset viribus, ideoque mihi satis fore, quae potuissem tradidisse. Cui ego consilio obsecutus jam trado, quae potui et in lucem emitto, quae de praeclara illa stirpe medica cogitavi et scripsi. Et haec quidem de hujus Speciminis origine.

Quod ad opus ipsum, in quatuor hoc dividendum existimavi Capita; quorum primum quidem circa initia doctrinae Hippocraticae in Prorrhetico primo *et* Praenotionibus Coacis *versaretur; alterum* Prognosticon *exhiberet* HIPPOCRATIS *in* Praenotiones Commentarium; *tertium Prognosticam traderet praecipuorum* HIPPOCRATIS *librorum rationem; quartum tandem Specimen exhiberet Interpretationis Doctrinae Hippocraticae ex iis, quae antea disputavissem. Quod postremum tamen, quo minus magis elaboraverim, aut perpoliverim impedivit Cholera illa Epidemica, quae ut Roterodamum vocarer effecit, ut miseris ibi aegrotantibus opem, quam possem, ferrem. Cui rei etiam tribuendos esse sciat L. B. errores non leves sane, qui inter edendum in priora hujus Dissertationis Capita irrepserunt.*

Jam vero unum illud enixe rogo L. B. ut ex aequo laborem hunc juvenilem, qui quam imperfectus sit egomet ipse, si quis alius, probe perspicio, dijudices; nec, si quando a Viris doctrina conspicuis opinione differre ausus sim, sive vanitati, sive arrogantiae meae, a quarum vel suspicione sola quantum abhorream significare vix possum, id tribuas. Gratus nimirum recordor eos mihi Praeceptores fuisse et duces, et tiro in disciplinis permagni facio eruditos, quorum doctrinam suspicere quidem mihi licuit, nec tamen ejus ambitum mente complecti: ita ut soli veritatis studio id imputandum esse scias velim.

Tibi Promotor Aestumatissime, hancce qualemcunque Dissertationem inscripsi, ut sciant omnes, si quos habeat mea scriptio, lectores, bona sparsim forsitan in illa invenienda non mihi, sed tibi, qui in hoc studiorum genere prae aliis auctor mihi exstitisti, esse tribuenda; ut adeo non meae, sed tuae laudes sint reputandae. Gratias autem imprimis Tibi jam ago ea de re, quod studium HIPPOCRATIS, *a quo nullus non sapientior et ad artem exercendam aptior dis-*

cedit, mihi commendavisti. Lubens profiteor me ab hoc uno tantum profecisse, quantum a multis conjunctis aegre proficiam.

Et hic quidem stylum ponere possem, nisi gratum animum vobis significare Viri Clarissimi! quorum institutione frui mihi licuit, me juberet innumerorum beneficiorum recordatio. Aliis vestrûm Praeceptoribus usus sum benevolentissimis, aliis non Praeceptoribus tantum, sed etiam Amicis; pro qua vestra institutione et benevolentia, et amicitia gratias vobis ago, quam possum, maximas. Vivite felices in patriae et juventutis commodum, et ex bonis, quae ex Vobis in alios redundant, Vos ipsi vobis fructus colligatis uberrimos.

Vos denique, Commilitones suavissimi, valete! meique Vestrûm memoris ne vos immemores sitis! Vobis praesertim pro amicitia vestra gratias ago, quibuscum sodalitio, quod ab Erudiendo *et* Oblectando *nomen habet, per plures annos me conjunctum fuisse laetus semper meminero.*

SPECIMEN HISTORICO-MEDICUM

INAUGURALE

DE

HIPPOCRATIS DOCTRINA A PROGNOSTICE ORIUNDA.

CAPUT PRIMUM.

INITIA DOCTRINAE HIPPOCRATICAE IN PRORRHETICO PRIMO ET PRAENOTIONIBUS COACIS.

§ 1.

Medicina, ita CELSUS: » nusquam quidem non est, si quidem imperitissimae » gentes herbas aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. » Verumtamen apud Graecos aliquanto magis quam in caeteris nationibus exculta » est.'' Quod quam vere dixerit, nemo non perspicit. Etenim ne cogitare quidem homines possumus, quin medicinam qualemcumque illis tribuamus: quid? quod peregrinatores nostrorum temporum apud barbaros et incultos prorsus populos rudimenta quaedam hujus artis invenerunt. Et quemadmodum Graecia omnium fere artium et scientiarum communis veluti patria est habenda, ita quoque ars nostra et scientia medica in hac regione nata est et ad mirandam evecta perfectionem.

Idem vero, quod in populis Orientalibus accidit, etiam apud Graecos factum est. Medicinae cultus initio cum cultu Divino quam arctissime cohaesit. Neque

mirum. Caussae enim morborum internorum sunt abditissimae, a sensibus longissime remotae; homo tamen ratione praeditus in eorum ortum inquirere studet, quem quum invenire nequeat, poenas eos habet vel neglecti cultus Divini, vel aliorum scelerum, quae forte commisit; quare omnem quoque spem salutis in eo ponit, ut sacrificiorum ope et obsequio Numina sibi conciliet. Laesiones vero externae, a causa manifesta, mechanica ut plurimum, productae, multo faciliores sunt cognitu; unde evenit ut pars medicinae Chirurgica prius exculta fuerit.

Non desiderantur in veterum scriptis exempla, quae hanc rem perspicue nobis ob oculos ponant.

Ipso *Iliados* initio peste tactum nobis pingit HOMERUS Graecorum exercitum. Morbus autem APOLLINI tribuitur, sacerdotem suum ab AGAMEMNONE vilipensum vindicanti, tela in populum mittenti, quae postquam novem dies per exercitum ierant, ACHILLES milites convocare, vatem arcessere consulendum, quo pacto Dei sedet iracundiam: quod quali ratione obtinuerit, CHRYSAE filia sua restituenda, novimus omnes.

Internarum affectionum indolem ignorantes vulnera tantummodo curabant Heroës isti Homerici. PODALIRIUS et MACHAON, celeberrimi AESCULAPII filii, ἰητροὶ κατ᾽ἐξοχὴν vocantur (1), licet et alii medicinam exercentes occurrant. MACHAONEM quidem MENELAUM curantem videmus ab AGAMEMNONE arcessitum; sanguinem ille ex vulnere exsuxit et lenientia imposuit medicamina (2). EURYPYLUM vero curat PATROCLUS, qui ab ACHILLE artem acceperat, quem eam docuerat CHIRON Centaurorum justissimus (3). PATROCLUS telum ex EURYPYLI femore exscidit, aqua tepida vulnus abluit, et radicem immisit amaram, manibus contritam, dolores adimentem, quae ei cunctos sedavit dolores; vulnus quidem siccatum est cessavitque sanguis (4).

Rudis itaque et empirica, traditione nitebatur haec medendi ars, quam unusquisque aliquantulum peritior ad amicos sanandos adhibebat.

Inter omnes Heroës medicos, quibus antiquissima haec aetas gloriatur, principem procul dubio tenet locum AESCULAPIUS, ejusdem CHIRONIS discipulus, qui quantam inter Graecos sibi acquisiverit nominis celebritatem, nullus non novit (5).

(1) Ilias, lib. XI, v. 832.
(2) Ibidem, IV. 188.
(3) Ibidem, XI, 830.
(4) In fine libri XI, ibidem.
(5) De iis quae sequuntur in hacce §. vide SPRENGEL, *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneywissenschaft.* I. Theil, zweyter Abschnitt, Aelteste Griechische Medicin.

Hic optime de sua gente meritus salute civibus danda, sanitateque illis restituenda, a posteris, ut grati animi officium praestarent, inter Deos est relatus. Multa exinde templa in ejus honorem condita sunt, in quibus solis per plura saecula medicinam in Graecia exercere solebant. Inter haec primis temporibus celebratissimum fuisse videtur illud *Epidaurense*, dein vero *Coum* et *Cnidium* magis excelluerunt, quin etiam *Epidaurenses* ad sacerdotes *Coos* aliquando legationem miserunt.

Ad haec delubra, *Asclepia* vulgo dicta, aegrotantes confugiebant Deum consulendi cupiditate ducti, cujus nomine et auctoritate artem faciebant sacerdotes; adeo ut haec aedificia haud inepte Nosocomia publica illius temporis appellaveris.

Asclepia in amoenissimis ut plurimum regionibus erant condita, aër saluberrimus ea circumflabat, montanus saepissime, quum in locis excelsis potissimum exstruerentur. Flumina, fontes, sylvae prope abesse solebant; quibus deficientibus, hortis plerumque illa cingebant. Sacrosanctum habebatur ipsum templum, nec minus loca vicina. Summum nefas reputabatur prope templum Epidaurense mulierem partum edere, vel aegrum diem obire supremum: in aditu haec inveniebatur inscriptio: »*Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα ἔμμεναι.*"

Omnes ritus, quos sacerdotes instituebant et aegrotantibus adhibebant, horum phantasiam quam maxime incitabant, et mysticismus, velaminis instar, mentem superstitiosam obtegebat. Nullus ad oraculum admittebatur, nisi qui antea abstinentia, lotionibus et sacrificiis praeparatus, expiatus et quasi sanctus evaserat.

Postquam in templum venerant, sacerdotes illos in ipso circumducebant, mirandasque sanationes, quarum auctor fuerat Deus, spendida et magnifica narratione illis explicabant. Tum animal aliquod Deo mactabatur, atque inter sacrificandum preces effundebantur, ut Deus supplicibus adesset suis consiliis, quae antequam enunciarentur, balneis et fumigationibus iterum uti eos oportebat. Tandem noctu insomniis Numen viam monstrabat ingrediendam, ut a malo incolumes evaderent. Haec autem somnia vel ipsis oboriebantur aegris, vel eorum loco sacerdotibus, qui tamen semper ea interpretabantur.

Quodsi haec omnia perpendimus, satis facile inde efficimus, ipsum amoenum, salubrem templorum situm, victus rationem, spem auxilii divini, phantasiae vim denique, in his sanationibus praecipuas egisse partes. Si quando vero auxilia indicata, quae interdum ex absurdissimis erant, infelicem habuerant eventum, callidi sacerdotes id justo minori confidentiae vel obtemperantiae inputare solebant.

Recuperata sanitate, qui templum petierant, grato animo ducti Deo sacrificia offerebant, sacerdotibus dona ferebant, et vas aliquod pretiosum in usum divini

cultus dabant, vel interdum membrorum, in quibus malum sederat, effigies aureas, argenteas, eburneas relinquebant, sanationis testimonia.

In nonnullis Asclepiis mos ferebat, ut sanatorum hominum nomina, morbi, et medicamina, quibus usi erant, in tabulis vel columnis aeneis excuderentur. Quales columnae votivae, in quibus hujusmodi inscriptiones inveniebantur, PAUSANIAE temporibus adhuc in templo Epidaurensi aderant (6).

Fuerunt ergo hac inscriptiones potissimum Therapeutices naturalis praeclara monumenta. Sanatio autem spontanea in hominibus virium integritate gaudentibus, acutis ut plurimum laborantibus morbis, in regione felicissimum situm habente, saepius obtinere potuit. Et ex hisce morborum et sanationum enarrationibus ars nostra originem traxisse videtur et prima accepisse incrementa.

§ 2.

In ingenti illo librorum numero, qui HIPPOCRATIS nomine feruntur, multos, quidni plurimos esse, qui a medicinae parente haudquaquam sint conscripti, neminem latet, qui vel apicibus tantum digitorum divini senis scripta tetigit. Longe plurimi ex libris his spuriis recentioris sunt aevi, quam quo vixit summus noster Cous. Quamvis igitur minime puri habendi sint fontes, ex quibus ejus doctrinam hauriamus, tamen sua non carent utilitate, sed egregie inserviunt ad fata doctrinae Hippocraticae post auctoris aetatem illustranda.

Prostant vero inter monumenta Hippocratea duo, quae omnium antiquissima ex tabulis votivis in templo Coo profecta esse videntur. Haec autem, quum originem illius doctrinae omni laude majoris nobis exponant, animadversione et diligenti perquisitione sunt dignissima.

Sunt hi libri *Prorrheticus primus* et liber *Praenotionum Coacarum*, de quorum tamen auctoritate et antiquitate non convenit inter Criticos. Quum vero facilius constet, quid de illorum sententiis sit statuendum, si prius originem, quae nobis probabilis videtur, exposuerimus, ab hac explicanda initium ducemus.

Vidimus § superiori templum Coum tractu temporis prae reliquis fama inclaruisse, quod inde factum esse videtur, quod oracula rerum eventu probatissima a sacerdotibus edita sint, auxiliaque indicaverint felici successu notabilia. Tota Asclepiadarum ars non erat nisi divinatio quaedam, cujus originem facile repetimus

(6) PAUSANIAS, Caesareâ, Cappadociae urbe, oriundus, medio seculo II post C. N. floruit, iter fecit per omnem Graeciam, Macedoniam, Italiam, magnam Asiae partem etc., et *Graeciae descriptionem* reliquit, quae ad veterum monumentorum notitiam comparandam utilissima censetur.

ex illis, quae de medicinae cultu in AESCULAPII templis supra monuimus. Magni nimirum intererat sacerdotum, utrum oracula ab ipsis Dei nomine edita vera reperirentur necne, quia hinc Numinis auctoritas et templi claritas vel increscebant vel decrescebant. Hae vero quo majores erant, eo major aegrorum numerus templum petebat, magnificis illud exornabat donis, ipsosque Dei ministros splendidis cumulabat muneribus. Jam vero viderant Asclepiadae, morbos alios funestum habuisse eventum, feliciorem alios, logicamque vulgarem illam et facilem *post ergo propter* secuti, symptomata quae mortem praecedebant, hujus causam, quae vero faustum morbi exitum, sanitatis habebant. Quum autem postea perspexissent mortem non constanter eadem sequi phaenomena, neque sanitatem semper eadem praecedere, alia ab aliis segregare et inter se invicem distinguere coeperunt. Quodcumque constanter fieret, et certa consecutionis lege a praegressis aliis pendere videretur, tanquam praeceptum artis universale enunciarunt; alia minus certa et constantia, dubitantis ritu, interrogandi formula protulerunt; reliqua omnino rejecerunt, atque ita quidem orti videntur libri, quorum mentionem fecimus.

Simplicissima eaque antiquissima (7), ut videtur, horum oraculorum forma haec est, qua post unum alterumve symptoma enumeratum faustam vel infaustam prognosin instituunt. Sic Coaca 71: *Ἐν μακροῖσιν ὀλεθρίοισιν, ἕδρης ἄλγημα θανάσιμον* dicunt; quod quam incertum sit unicuique vel primo intuitu patet. »Neque enim" ita FOËSIUS: »sedis dolor lethalis est, sed plerumque morbi solutionem per hae- »morrhoïdas adfert. Nisi igitur naturae procuratione aut judicationis modo con- »tingat, ut in malorum accessione, damnandus est, non ideo tamen lethalis." Attamen neque prorsus rejicienda est haec sententia, quam ita explicat PROSPER MARTIANUS (8), ut dicat: »HIPPOCRATEM in hac Coaca nos admonere in longis et »perniciosis morbis pessimum signum esse dolorem sedis, quia citius intereunt, ex- »citato in illa parte abscessu, a quo debilitatus aeger morbum diutius ferre non »potest. Id nuper observavimus in duobus tabidis etc." Ex diversis autem horum duorum ex optimis HIPPOCRATIS interpretibus sententiis hoc de loco per se sequitur, plures unâ requiri conditiones ut revera mortem indicet hicce dolor sedis. Illi vero, quum casus ejusmodi observassent, in quibus mors hoc symptoma consecuta fuisset, concluserunt inde hoc phaenomenon in his affectibus semper lethale, aut si mavis periculosum esse habendum. Coaca 420. legimus: *Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφω-*

(7) Hoc non ita acceptum cupimus, ac si loca citata re vera vetustissima ex toto codice habenda essent, sed credimus Coos, quam primum has sententias litteris mandare inceperunt, eas sub hâc forma protulisse.

(8) Magnus Hippocrates Cous PROSPERI MARTIANI Medici Romani notationibus explicatus, pag. 367.

σις γενομένη, αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει. τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλανα διαχωρέει. Quod pro lege universali habere neutiquam licet. Nam etiamsi hoc effatum ita accipiendum videtur, ut per ἐμπύους hoc loco significent illos, qui intestinorum ulceribus laborant, et in quibus sanguinis motu adaucto congestio oritur ad caput, quam dein alvus cruenta solvit una cum surditate, cujus causam, plethoram capitis tollit; nemo tamen nescit surditatem in his ipsis suppurantibus, magis debilitatis, in quos ergo quaelibet causa occasionalis facilius aget, haudquaquam a plethora topica constanter originem ducere. Praeterea, etiamsi ab hac causa ortum traxisset, non necesse videtur ut semper alvi depositio sanguinolenta illam sequatur. Istiusmodi enuntiata igitur horum praesagiorum primordia quaedam habenda videntur.

Progressum aliquem in observandi arte in illis sententiis animadvertimus, quibus fragmenta historiae morbi contineri videntur. Exempli loco sit Coaca 67: Οἷσιν ἐν πυρετῷ ἀλγήματος πλευροῦ γενομένου, κοιλίης ὑδατόχολα πολλὰ διαδιδούσης, ῥηΐζει. ἀσιτίαι δὲ παρακολουθοῦσι καὶ ἱδρῶτες μετὰ προσώπου εὐχροίης, καὶ κοιλίης ὑγρῆς, καί τι καὶ καρδιαλγίης, οὗτοι μακροτέρως νοσήσαντες, περιπλευμονικῶς τελευτῶσι. Est haec sententia tota quanta ab experientia ducta, sed in casus, quem refert, descriptione multa desiderantur ut perfecta sit morbi historia et rite de nexu, quo symptomata inter se copulentur, concludi valeat. Diceres fere observatam fuisse pleuroperipneumoniam biliosam, in qua motus critici haud pares exstiterunt morbo tollendo. Pariter concursionem empiricam habemus Coaca 180: Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες οὔροισι πέποσι καυστικοὶ, ἀκρίτως δὲ περιψύχοντες, διὰ ταχέων περικαέες, νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες, ὀλέθριοι. Hic febris fuisse videtur ardens, cum magna ad caput congestione: signa instantis criseos apparuerunt quidem in urinis, sed ex perfrictione non critica patet vires crisi absolvendae non suffecisse. Reliqua symptomata periculum omnino portendunt, adeo ut, qui haec patiantur, merito in discrimine versari dicantur. In praesagiis ejus generis apparet Asclepiadas ad totum morbi decursum jam attendisse et symptomatum concurrentium rationem iniisse, ita ut hic perfectior jam cernatur observatio et enunciatio prognostica.

Indicia originis horum librorum ex observationibus singularibus sensim sensimque collectis etiam inde petimus, quod multa praesagia variis componantur partibus, singulis per se constantibus, tam parum secum invicem cohaerentibus, ut una post alteram sibi deinceps subjunctae esse videantur. Ita Coaca 30. primo dicunt: Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακόηθες. Haec praesagii pars per se absolutam quamdam refert sententiam. Jam vero, sive in eodem aegro, sive in alio

quopiam, femoris dolorem observarunt; unde priori periodo addiderunt: *κακόηθες δὲ καὶ ἐκ μηροῦ ὁρμὴ ἀλγήματος;* dein dicunt: *ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος κρήγυον;* tandem: *ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνοι κακοήθεες, καὶ γνώμης παραφορὴ, ἄλλως τε καὶ οὖρος ἦν ἐναιωρήθη.*

Jam supra monuimus, plura praesagia dubitanter et interrogandi formula esse prolata, quum auctorum observationes non suffecissent tali rei certo efficiendae, quales quaestiones tanquam posteris solvendas relinquebant, qualesque in affirmationem mutatae plus semel obviam veniunt. Ut exemplis res constet, videamus Prorrheticum 29. ubi *τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια* dicuntur, quaestio vero dein subjungitur: *ἆρά γε τούτοισιν οὐρέεται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας;* Sin autem quaeramus unde hoc dubium, forte inde repetendum erit, quod, merito damnatis urinis, quae sine eo ut percipiant vel admoneantur aegri effluunt, per analogiam signorum pravorum etiam urinam returbidam exspectaverint, quum haec ad coctas urinas non pertineat secundum HIPPOCRATEM. In libro I. Epidemiorum Aegrot. IV. legimus sequentia: »Convulsa autem urinam »confertim multam reddidit, raro ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam »(quale quid in subsidentibus urinis visitur, quae longo intervallo in matula »depositae et reservatae returbantur) eaque non subsidebant, sed colore et cras»situdine veterini generis urinas referebant." Hanc urinam die undecimo misit, morbus decimo quarto et ita porro per quaterniones in pejus ruebat, donec vigesimo mors tragoediae finem imponeret. Ex simili autem casu haec sententia forte ducta est et quaestio supra memorata proposita. Coaca 596. cum hoc Prorrhetico fere ad verbum convenit.

Notatu dignissimum est Prorrheticum 116, ubi haec reperiuntur: *τὰ ὑποψάθυρα ὑγρὰ διαχωρήματα περιψύχοντα οὐκ ἀπύρως φλαῦρα. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα, κύστιν καὶ κοιλίην ὑπολαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἆρα τὸ κωματῶδες τούτοισιν ἔχει τι σπασμῶδες; οὐκ ἂν θαυμάσαιμι.* Ultima haec verba satis indicant auctori spasmi suspicionem motam fuisse, quam tamen certo enunciare ausus non est, sed vel ulteriori suae ipsius, vel aliorum experientiae confirmandam reliquit. Exemplum quaestionis postea affirmative enunciatae habemus in Prorrhetico 63, ubi quaeritur num altus et profundus sopor omnino damnari debeat, dum contra affirmative Coaca 178. legimus: *τὸ καρῶδες πανταχοῦ κακόν.*

Magnum argumentum ad originem horum effatorum, quam exposuimus, probandam in eo est positum, quod pluribus locis nomina apposita inveniuntur aegrotantium, in quibus observatio facta fuit. Ita convulsiones in hystericis faciles habentur Prorrh. 119. et Coaca 554, et utroque loco id Dorcadis cujusdam

exemplo confirmatur. Prorrh. 8. legimus: αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι κάκισται, οἷον καὶ Θρασύνοντι, in quo istiusmodi quid profecto contigit. Coaca 100. idem praesagium repetitur, sed Thrasynontis exemplum praetermittitur, quum auctoritas hujus praecepti jam satis stabilita esset. Neque immerito; etenim haec deliria non a virium exuberantia, sicuti in stadio caloris intermittentium, oriuntur, sed a debilitate cerebri pendent, vitae animalis organi principis.

Quod supra jam animadvertimus, oracula haec novis observationibus continuo aucta fuisse, illud quam luculentissime apparet ex Prorrhetico 32. Ubi primum quidem legimus: κώφωσις καὶ οὖρα ἀκατάστατα, ἐξέρυθρα, ἐναιωρούμενα, παρακρουστικά. τοῖσι τουτέοισι ἰκτεροῦσθαι κακόν. κακὴ δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις. τούτους ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ συμβαίνει γίνεσθαι. Haec pars prius quidem exstitisse videtur, dein nova quaedam observatio ansam praebuisse videtur his verbis apponendis: οἶμαι δὲ, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τουτέοισιν, οἷον ἐγένετο Ἑρμίππῳ καὶ ἀπέθανεν. Haec autem Coaca 198. ita immutata leguntur: τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρέυεται τούτοισι. — Alterum habemus exemplum in Prorrh. 17, ubi haec: Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, μανικὰ, οἷον καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέος, ἄφωνος ἀπέθανε. Vehemens illud delirium et vocis defectio semper priora symptomata consequi feruntur Coaca 561, ubi certae consecutionis instar hoc modo ponuntur: ὀξέως μανέντες θνήσκουσιν ἄφωνοι. Neque tacitus praeterire possum Prorrh. 123, quo loco primo certa quaedam praemittuntur his verbis: Τὰ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούοντα, μελαγχολικά. ἢν δὲ ἀπὸ γυναικείων ᾖ, θηριώδεα. ἐπὶ πλείω δὲ ταῦτα συμπίπτει. Dein autem dubitanter auctor subjungit: ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὗται; ἆρά γε καὶ αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται; Quibus quaestionibus movendis occasionem dedit casus recens observatus in cerdonis cujusdam filia, nimirum verba adduntur: οἷον τῇ τοῦ σκυτέως θυγατρί. ἤρξατο γυναικείων παρεόντων.

Ex his omnibus satis constat, haec praesagia a singularibus observationibus sensim sensimque collectis esse deducta. Liceat nunc pulcerrimum afferre exemplum, quo pateat quali ratione ea emendaverint. Prorrh. 18, legimus: Ἐν πυρετῷ καυσώδει ἤχων προσγενομένων, μετὰ ἀμβλυωγμοῦ καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας προσελθόντος βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς. Complectitur hoc praesagium signa notabilis congestionis ad caput, quae furiosam mentis emotionem portendere dicitur, neque injuste, quum delirium in febre ardente ab ejusmodi plethora topica fere oriatur. Possunt tamen quaedam intercidere phaenomena, quae delirium praevertant, quare Coaca 131 legimus: ἐξίστανται μελαγχολικῶς μὴ αἱμοῤῥαγήσαντες. Utroque loco vero delirium et haemorrhagia ad febrem ardentem referuntur, sed ex

hisce praesagiis novum componitur magis universalem habens significationem, nam Coaca 194, legimus: *Ἦχοι μετὰ ἀμβλυωγμοῦ καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος παρακρουστικὸν καὶ αἱμοῤῥαγέει.*

Ultimo loco animadvertendum venit, multa in his libris, et potissimum quidem in praenotionibus Coacis, prostare loca, quae certam quamdam signorum classem complectuntur, quaeque ex diversis antea separatis praesagiis, postea vero ad suum unoquoque locum relatis, composita esse videntur. Hac ratione nata sunt praesagia ex oculis (Coaca 218), ex decubitu (Coaca 497), ex respiratione (Coaca 260), ex hypochondriis (Coaca 280), ex alvi excretione (Coaca 601, 631), ex urina (Coaca 575). Vix opus esse videtur ut moneamus, haec loca igitur recentissima esse, quae in his libris Sacerdotibus Cois ante Hippocratem tribui possunt: plura enim ab aliis interpolata esse, mox apparebit.

Quodsi jam ante disputata nobiscum reputemus, facile inde efficimus in his praesagiis primo fuisse *concursionem symptomatum empiricam*, quam vocat FOËSIUS; deinde plures casus consimiles certis regulis ortum praebuisse, constantibus et perpetuis phaenomenis adhibitis, reliquis emendatis, limitatis, confirmatis, rejectis; tandem, quae vera comperta fuerant praesagia, ad certa capita fuisse relata, atque adeo his libris diversas contineri sententias diversi argumenti, diversae auctoritatis et antiquitatis.

Haec quidem de harum scriptionum origine. Exponemus jam principum quorumdam Criticorum de his libris sententias, quibus tandem nostram, si audacibus adeo esse liceat, facilius subjungemus.

FOËSIUS Prorrheticum primum cum Praenotionibus Coacis uni eidemque tribuit auctori, sive ille HIPPOCRATES fuerit, sive unus ex familia Hippocratica.

PROSPER MARTIANUS utrumque librum ab Asclepiadis originem ducere credit, sed diversum utriusque agnoscit auctorem; Praenotiones Coacas ab ipso HIPPOCRATE collectas esse statuit; tandem monet GALENUM Prorrheticum primum justo acrius recensuisse.

HALLERUS ambos in secundam suae divisionis librorum Hippocrateorum classem rejicit, qua continentur libri, qui non videantur HIPPOCRATIS, quod vel aliena ab ipsius divini senis placitis tradant, vel nuperiora inventa, vel ejusmodi demum vitia contineant, quae HIPPOCRATES ipse damnaverit, neque ideo videatur commisisse.

GRUNERUS, qui de examine critico monumentorum Hippocrateorum optime profecto meritus est, utrumque librum spurium omnino esse existimat: Prorrheticum, quia vocibus obsoletis et barbaris conscriptus sit, quas frustra apud

HIPPOCRATEM quaeri GALENUS auctor est; dein propter sententiarum obscuritatem et male instituta praesagia; tandem quia GALENUS et EROTIANUS illum HIPPOCRATIS esse negant. Praenotiones rejicit, quoniam earum non meminit omnino EROTIANUS, et GALENUS non nisi obiter, tum etiam propter praesagiorum confusionem et temeritatem.

SPRENGELIUS, in Prorrheticorum recensione, primum hunc nostrum temere a GRUNERO fuisse rejectum perhibet, et GALENUM de uno genuino locutum esse Prorrhetico, initiumque primi citasse. Praenotiones ex tabulis votivis in templo Coo esse ductas statuit. Obscuritatem praesagiorum et defectum aptae dispositionis, vitiosaque multa in iis invenienda satis probare affirmat, non HIPPOCRATEM, sed recentiorem quemdam eas collegisse et suis adauxisse annotationibus. Tandem silentium, quo EROTIANUS illas praeteriit, et mentionem obiter a GALENO factam, nihil quicquam probare existimat, nisi eas minus fuisse cognitas quam reliqui libri fuerunt, qui ipsi adscribuntur HIPPOCRATI.

Jam vero si, quid nobis de his libris visum fuerit, quaeratur, respondemus vel magnum indicium antiquitatis horum scriptorum esse positum in summa, qua expressa leguntur, orationis simplicitate; Prorrheticum primum probabiliter antiquissimum esse, et collectionem observationum continere, quae non per tantum temporis intervallum factae videntur atque illae, quas Praenotiones Coacae complectuntur. Ambos libros ex eodum fonte haustos esse credimus, ex tabulis votivis nimirum Sacerdotum Coorum, et tanquam diversas earum editiones esse spectandos. Interesse vero inter Coacas, quas ipse conscripserit HIPPOCRATES, non facile negaverim; occurrunt tamen et aliae, quae recentiori cuidam interpolatori profecto sunt adscribendae.

Prorrheticum antiquiorem existimamus: I°. Quia frequentius aegrotantium nomina adjecta vidimus; quod in Coacis semel tantummodo factum est, loco supra memorato 554. II°. Quia saepius quaestiones et dubitationes in hoc libro inveniuntur, quam in altero, habita ratione numeri praesagiorum. III°. Propterea quod longe minor sit observationum numerus, quem hicce liber continet, quam quem Coacae complectuntur. IV°. Tandem id eo confirmatur, quod multo minus late pateant prognosium enunciationes in Prorrhetico; quo constat nimirum non ex adeo insigni observationum sylva eas esse deductas, quam quae in altero locupletiori codice obviam veniunt.

Sunt vero inter Coacas multae, quas, uti antea vidimus, ex singulari fere observatione originem duxisse dixeris. Sunt et aliae, quae consummatam observandi artem procul dubio testantur; quod probare videtur per longius temporis

intervallum hunc librum compositum fuisse, quam alterum. Quae in Prorrhetico habentur praesagia, paucis exceptis, etiam in Coacis occurrunt; hisque nova inventa plurima addita et interposita esse videmus. Ex his autem nonnullas ipso divino sene haudquaquam indignas esse diximus, quod exemplo Coacae 207. ostendere liceat. Haec legimus: *Τὰ παρ᾽ οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ οὖρα ὑπόστασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προαποκαθίστανται. προσεπιθεωρέειν δὲ καὶ τοὺς πυρετοὺς, ἤν τε ἐπιτείνωσιν, ἤν τε ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.* Hocce praesagium HIPPOCRATIS rationem ita redolet, ut non possim non id ipsi adscribere. Ut rite intelligatur, tenere oportet abscessus ad aures quam maxime oriri, ubi magna sit congestio ad caput, neque vulgo illos sufficere ad morbum tantum, quanta est febris ardens, tollendum, quare, nisi judicium alio quolibet modo contingat, mors saepe illos sequitur. Hic ergo prudentem illam cernimus circumscriptionem malae significationis horum abscessuum, quam ubivis in summi nostri observatoris scriptis admiramur. Jam vero in Epidemia nostra, quam capite tertio hujus speciminis exhibebimus, evanescebant etiam tumores ad aures impendente judicatione, quae non hâc via pergebat, sed aliam quamdam ingrediebatur. Sub mortem praeterea hi tumores certo subsidere debebunt; quippe de ulcere in genere monet in Prognostico: *ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος πρὸ τοῦ θανάτου πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν ἔσται, ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν;* ita ut haec iterum plane conveniant cum ejus doctrina. Denique ultimum monitum ejus rationem etiam prorsus spirat, si quidem in Prognostico continuo ad reliqua signa animum attendendum esse praecipit, atque ejus diagnosis gangraenae criticae in eodem scripto iisdem omnino principiis nititur.

Sed saepius quoque offendimus loca, quae manifesto a recentiori manu interserta videntur. Exempli loco sit Coaca 139. *Οἱ ληθαργικοὶ τρομώδεες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδεες, δύσχρωτες, οἰδηματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι, καὶ μετάρσια τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἱδρῶτες ἐπιγίνονται, καὶ κοιλίας ὑποιδέουσι χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢν καταξήρους ἴσχωσιν, οὖρα καὶ διαχωρήματα προϊόντα λαθραίως, τὸ οὖρον ὑποζυγίου, πιεῖν τε οὐκ αἰτέουσι, οὐδὲ θάτερον οὐδέν. ἔμφρονες δὲ γινόμενοι, τράχηλον ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν, καὶ διὰ τῶν οὐάτων ἤχους διαΐσσειν.* Vel statim hunc locum inspicientibus patet, eum ad antiquissimas Coorum observationes haudquaquam referri posse; prohibet enim perfectior et prolixior oratio. Neque recentioribus Cois vel ipsi HIPPOCRATI tribui potest, quia prognostica forma et ratio omnino desiderantur, et quia solam diagnosin tangit; tum etiam propterea, quod signum ex pulsu sit desumtum, quod HIPPOCRATEM numquam fecisse novimus. Neque pariter Coa-

cam 400. facile HIPPOCRATI vel ejus decessoribus deberi dixeris. Haec leguntur: *Τοῖσι περιπλευμονικοῖσι, οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τρηχεῖα γίνεται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα τοῦ πλεύμονος, οἷσι δὲ τὸ ἥμισυ, ἓν, καθ' ὃ φαίνεται. καὶ οἷσι μὲν πρὸς τὴν μίην κληΐδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πτέρυξ τοῦ πλεύμονος, ἡ μία νοσέει οἷσι δὲ πρὸς ἄμφω τὰς κληΐδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πλεύμονος ἄμφω νοσέουσιν οἷσι δὲ κατὰ μέσην τὴν πλευρὴν, ἡ μέση. οἷσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἡ κάτω. οἷσι δὲ πᾶν τὸ ἓν μέρος πονέουσι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρος νοσέει. ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλεῦρον, παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίνεται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. ἢν δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ προσκαθῆσθαι, ἀλγηδὼν μὲν γίνεται παρ' ὅλον, οὐ μὴν παραλύονταί γε, οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσιν.* Non est hujus loci totam hanc sententiam explicare; sufficiat animadvertisse subtilius haec proposita esse, ordinemque in rebus tradendis exquisitiorem esse, quam ut vel HIPPOCRATI, vel Cois ipso antiquioribus haec jure imputes. Diagnosis hîc magis spectatur quam prognosis, et praevalet imprimis disquisitio anatomica, quae a germanis monumentis Hippocrateis est quam alienissima. In libro de Victu Acutorum, perversâ ptisanâ utendi methodo in pleuritide damnatâ, haec monet HIPPOCRATES: *μάλα δὲ τοὺς τοιουτέους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα* (propter mortem subitaneam) *οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται, ἴκελόν τι πληγῇ. κ. τ. λ.* Cui quidem loco hicce noster partim forsitan originem suam debet, quippe subtiles distinctiones et Anatomes studium, quae in eo eminent, suspicari me faciunt ex Alexandrina Schola eum profectum esse.

De plurimis, quae in Prognostico repetuntur, sententiis infra melius judicium ferre poterimus, ubi hunc librum cum Praenotionibus comparaverimus.

Quis autem has scriptiones ex Asclepiadarum tabulis votivis collegerit, vix unquam effici posse crediderim.

Nunc quidem Prorrheticum cum Coacis conferemus, cum ut demonstremus utrumque librum ejusdem originis esse, tum ut simul specimen habeamus rationis, qua Coï medicinam coluerint.

§ 3.

PRORRHETICA.	COACAE.
1. *Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, μετὰ κεφαλῆς ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχή-*	179. *Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γενόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀρφύος, τραχήλου, ὑποχον-*

λου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσιν; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ ἢν τεταρταίοισιν ἀρχομένοισιν.

2. Κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος κακὸν ἐν πᾶσι τοῖσι νουσήμασι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις (9).

3. Αἱ δασεῖαι γλῶσσαι καὶ κατάξηροι φρενιτικαί (10).

4. Τὰ ἐπὶ ταραχώδεσι ἀγρύπνοισιν οὖρα ἄχροα μέλανα ἐναιωρούμενα ἐφ' ἱδρῶσι, φρενιτικά (11).

5. Ἐνύπνιά τε ἐν φρενιτικοῖσιν ἐναργῆ (12).

6. Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικά (13).

δρίου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισιν ἐοῦσι, ἢ ἀρχομένοισι. κακὸν δὲ καὶ κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος.

234. Αἱ δασεῖαι κατάξηροι φρενιτικαί.

582 *in fine.* Τὰ δ' ἄχροα μέλασιν ἐνεωρεύμενα μετὰ ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά.

90. Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθόν.

244. Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικόν.

(9) Duo cernimus Prorrhetica in unam composita Coacam, Prorrheticum 2. priori, posteriori demum tempore, adjunctum esse videtur, verbum εἰσὶ suo jam tempore in plurimis exemplaribus desiderari monet GALENUS. Credo haec symptomata ad febrim quamdam ardentem esse referenda cum magna congestione ad caput. Coma vigil illud maligni morbi est indicium, narium stillicidium parcum symptomaticum spectatur; quartus dies malis crisibus fere notabilis. Alvus cruenta in febribus nervosis a SPRENGELIO in Semiotice sua etiam malum signum esse existimatur. Quod ad quaestionem num hi aegri phrenitici sint, monet GALENUS sese existimare ab HIPPOCRATE omnes vocari phreniticos, qui mente laesi continuo fuerint.

(10) Coaca 234. pars esse videtur praecedentis, in qua plura signa ex lingua petita recensentur: maluisset GALENUS scriptum fuisse τραχεῖαι pro δασεῖαι, quippe quod verbum majorem siccitatis gradum denotat: SPRENGEL, Semiot. p. 159. linguam siccam subito ortam internas refert significare inflammationes.

(11) Videre est in hac Coaca, loca plura hujus libri ex singularibus praesagiis ad suum locum relegatis esse composita. Inquieta illa corporis jactatio, pervigilium et tenuis ille sudor circa caput, non parvum delirii metum injiciunt. — Confer Prorrh. 39. infra.

(12) Verbum ἀγαθὸν e Prorrhetico excidisse videtur; hinc GALENUS: »ita," inquit, »exposuisse, »nihil ad praenotionem contulerit." Bona horum insomniorum significatio duplex esse mihi videtur, ipse nimirum somnus prodest, et insomnia quoque functionis cerebri in integrum restitutae indicia videntur.

(13) Ex his locis, quae inter antiquissima ex his libris censenda videntur, patet quam diu pulcerrima illa signa computandi ratio viguerit in schola Coa, qua omnia inter se conferrent, et sic ex eorum concursu de morbo judicarent. Cnidii contra ab HIPPOCRATE culpantur, quia, ubicumque sym-

PRORRHETICA.	COACAE.
7. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ πυρετοῦ περιψυχθέντος κακὸν, ἄλλως τε κἢν ἐφ' ἱδρῶσιν (14).	
8. Αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι κάκισται, οἷον καὶ Θρασύνοντι (15).	100. Αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι κάκισται.
9. Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς τρομώδεα τελευτᾷ (16).	97. Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς τρομώδεα, θανάσιμα.
10. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα ταχὺ ἐκμαίνει (17).	169. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνοῖσι ταχὺ ἐκμαίνει.
11. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ σμικρὰ πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγειν τε καὶ κλείειν τὸ στόμα, παρακρουστικά· ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι (18).	275. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ἰσχνὴν, μικρὰ ὀδυνώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι ἰσχνῷ, παρακρουστικά. ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ ὀλέθριον.
12. Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν κακὸν τοιοῦτον, καὶ πτυελισμὸς κακόν (19).	92. Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇσι τὰ ἐπιεικῶς ἔχοντα πυκνά τε μεταπίπτοντα κακόν.
13. Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κα-	9. Ἐν φρενίτιδι διαχωρήσιες λευκαὶ, καὶ

ptoma quoddam diversum apparebat, diversum opinabantur esse morbum. GALENUS subtilius, ut videtur, quam aequius cupivit verbo Ἀνάχρεμψις additum fuisse μηδενὸς ἀποπτυομένου κατ' αὐτήν, quum in catarrhis obstructis naribus saepe, quod in os fluit, exspuatur.

(14) Coaca 115. monent: *in morbo acuto si partes externae frigescant, internae vero urantur, ac sitis urgeat, malum denunciatur.* Quod praesagium hocce illustrat; aestus enim illi indicio sunt, sanguinem ad partes internas esse revulsum, magnamque intus esse vitae incitationem: sic in Aegr. XV. Sect. ult. lib. Epid. III. πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, ἀκρέων ψύξις.

(15) De his jam vidimus § superiori.

(16) Haec sententia in Coaca adposita alium quodammodo accepit sensum. In Prorrhetico observatio tantum legitur tremoris in ultimo nervoso phrenitidis stadio; in Praenotione vero tremor ille mortifer dicitur, ac tanquam signum instantis mortis adhibetur.

(17) Vera mania hic non spectatur, sed vehemens tantummodo delirium febrile. Citat GALENUS exemplum PHILISTIS ex libr. Epid. III. Aegr. IV. qui τῇ πρώτῃ ἤμεσε χολώδεα, ὀλίγα, ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ ταῦτα, ἰώδεα πλείω· δευτέρῃ ἐξεμάνη, περὶ μέσον ἡμέρης.

(18) Coaca, quae huic Prorrhetico respondet, mutilata esse videtur. Significatur anginae laryngeae in phrenitidem metastasis, vel cjus cum hoc morbo complicatio; utramque periculo non vacare, nemo non videt.

(19) Ultima pars Prorrh. posteriori demum tempore adjecta videtur. Crebra illa permutatio a magna

PRORRHETICA.	COACAE.
κὸν, ὡς καὶ Ἀρχεκράτει. ἆρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; ῥῖγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον (20).	νωθρότης κακόν. ῥῖγος τουτέοισι κάκιστον.
14. *Τοῖσιν ἐξισταμένοισιν μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόηθες* (21).	93. *Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἷς τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόν.*
15. *Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίνονται* (22).	95. *Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται.*
16. *Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες* (23).	96. *Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες ἢ σπασμώδεες.*
17. *Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπιχνοῦν ἔχοντα, μανικά· οἷον καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέως, ἄφωνος ἀπέθανεν* (24).	561. *Τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα κλαγγώδεα, ὄμματα ἐπιχνοῦν ἴσχοντα, μανικά. ὀξέως μανέντες θνήσκουσιν ἄφωνοι.*
18. *Ἐν πυρετῷ καυσώδει, ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας προσελθόντος βάρεος, ἐξίστανται μελαγχολικῶς* (25).	131. *Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν, ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρους, ἐξίστανται μελαγχολικῶς μὴ αἱμορραγήσαντες.*
	194. *Ἦχοι μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ*

systematis nervei irritabilitate pendere videtur, quare infra Prorrh. 28. convulsiones significare dicitur. GALENUS »Nihil,'' inquit, »quod phrenitidi peculiare sit, sermo hic habet: nempe »et in caeteris affectionibus, si permutetur clementia, vires vinci a morbo significantur.''

(20) Maxime notabilia sunt haec loca secum invicem comparata. Videntur auctores in ARCHECRATE cum funesto eventu albam alvi dejectionem, a spastica strictura vasorum bilem parantium et excernentium. pendentem, observasse. Jam vero vel ipse ARCHECRATES, vel alius quispiam cum eodem symptomate in torporem et rigorem lapsus, occasionem dedit quaestionibus illis movendis. Rigor ille vero et torpor in Coaca deinceps edita damnantur, et optima profecto de caussa. In phreniticis magna solet esse perceptio, uti videmus ex Prorrh. 16; haec autem symptomata naturae deficientis, morbique victoris sunt indicia.

(21) Illi *ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς* vehementer delirant, vide Prorrh. 18. tremores illi memorantur etiam Prorrh. 19. Sunt notae magnae debilitatis et irritabilitatis.

(22) Verba *σὺν ἱδρῶτι* e Coaca forte transscriptorum negligentia exciderunt. Sudores illi symptomatici una cum febre ab aestu interno veluti exprimuntur.

(23) Verosimile existimo ex hac sententia elapsam esse vocem, qua mala horum symptomatum significatio indicetur, quemadmodum Prorrh. 5. factum vidimus. Verba *ἢ σπασμώδεες* posterioris esse temporis videntur. Habemus indicia vitae animalis summopere incitatae.

(24) De his vide § superiori. Conf. Prorrh. 10.

(25) Vide § superiori.

PRORRHETICA.

19. *Αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες. καὶ αὗται τρομώδεες γενόμεναι ἐξίστανται, σκληρυσμὸς τουτέοισιν ὀλέθριον* (26).

20. *Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης* (27).

21. *Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ὀσφῦν προηλγηκότι καὶ παρενεχθέντι.*

22. *Τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τουτέοισιν ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει* (28).

COACAE.

ῥῖνας βάρεος παρακρουστικὸν καὶ αἱμοῤῥαγέει.

99. *Αἱ παρακρούσιες φωνῇ κλαγγώδεες, γλώσσῃ σπασμώδεες, καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γενόμενοι ἐξίστανται. σκληρυσμὸς ταύτῃσιν ὀλέθριον.*

233. *Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι τισὶ καὶ κοιλίην ὑγρήν ποτε ποιέουσι μελανθεῖσα δὲ ἐν τουτέοισι ταχὺν θάνατον σημαίνουσιν. ἆρά γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει οὐκ ἱδρυμένην γνώμην;*

607. *Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν. μάλιστα δὲ ὀσφῦν πεπονηκότι καὶ παρενεχθέντι. ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα.*

(26) Utrumque locum ubi conferimus, apparet spectari delirium cum lingua tremula, quod dein cum universi corporis tremore increscit. Rigiditas illa cutis opponitur ejus mollitudini, de qua in Prognostico. Tremores linguae a delirio non alienos esse, facile constat, si nervos reputemus ad hoc organon decurrentes. SPRENGEL, Semiot. p. 176. haec refert: »Mit jeder heftigen Anstren»gung des Körpers ist dies Zittern der Zunge verbunden. Ist aber in hitzigen Krankheiten »die zitternde Zunge zugleich rauh und trocken, und finden sich andere Merkmale der Ent»kräftung, so muss man das Zittern als einen Beweis von Gefahr ansehn, und gewöhnlich wird »alsdann ein heftiger Wahnsinn, oder es wirden Zuckungen darauf folgen.''

(27) Quae ad praecedentia annotavimus, haec satis illustrant. Operae pretium est quatuor haec loca secum invicem contulisse, quippe egregie origo harum scriptionum ab experientia quotidiana inde apparet, si quidem quaecumque mox dubitanter proferuntur, mox affirmantur, ea omnia antiquitatis horum praesagiorum sunt indicia.

(28) Coaca 607. diminute ex his locis desumta videtur, atque ex iis tenet interpretationem. Alvi excrementa illa ad morbum biliosum pertinent, et ad stadium cruditatis. De doloribus illis GALENUS haec monet: »Dolor, rarus in lateribus progignitur, quum spiritus quidam flatuosus in ipsis »procreatur; nempe is tum extenuatus, tum discussus, dolorem sedat; deinceps rursus procrea»tus alter, dolorem ipsum inaugebit; quomodo, si rarus fiat dolor, desipientiam non significat. »Quum vero latus inflammatum fuerit et interdum quidem dolorem sentit aeger, interdum vero »et per intervallum non sentit, mentem aegrotare indicat, non tamen plane signum est desipien»tiae.'' Ex dolore lumborum autem, ex rarisque illis lateris doloribus subsequentibus, cernimus morbum impetu ferri ab inferioribus ad superiora, neque igitur mirum videtur delirium sequi, affecto cerebro.

PRORRHETICA.	COACAE.
23. *Αἱ μετὰ λυγγὸς ἀφωνίαι κάκιστον* (29).	
24. *Αἱ μετ᾽ ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκιστον* (30).	245. *Αἱ μετ᾽ ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκισται.*
25. *Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον, πονηρόν. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τό τοιοῦτον* (31);	252. *Ἐν αφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον πονηρόν. ἦρά γε καὶ παρακρουστικόν;*
26. *Αἱ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες θηριώδεες εἰσίν* (32).	85. *Αἱ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες θηριώδεες, καὶ σπασμοὺς δὲ προσημαίνουσιν.*
	155. *Αἱ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασέως παρακρούσιες, καὶ θηριώδη καὶ σπασμὸν σημαίνουσι.*
	246. *Αἱ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασέες παρακρούσιες πονηρόν καὶ θηριῶδες.*
27. *Αἱ μετὰ καταψύξεως οὐκ ἀπυρέτῳ ἐφιδρώοντι τὰ ἄνω δυσφορίαι φρενιτικαὶ, ὡς καὶ Ἀρισταγόρῃ, καὶ μέντοι καὶ ὀλέθριαι* (33).	2. *Αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι κάκισται.*
28. *Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα σπασμώδεα* (34).	101. *Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα σπασμώδεα.*

(29) Aphonia et singultus a summa debilitate et irritabilitate originem ducunt. Datur quoque lectio Coacae 106. secundum FOËSIUM, qua *οἱ λυγγώδεες πυρετοὶ ὀλέθριοι* dicuntur.

(30) Si cum Prorrh. 96. hocce comparemus, videmus apoplexiam spectari.

(31) *Πνεῦμα πρόχειρον* a GALENO de respiratione perdifficili scapulari, ita ut manifestus sit thoracis motus trans vestimenta, intelligitur. Aphouia hic quoque a cerebri oppressione pendere videtur. Quaestio indicare videtur incertitudinem, num hi aegri mente laesi sint, nec ne.

(32) Frequentes illae eorumdem praesagiorum repetitiones magno quoque sunt argumento re vera illum ortum, quem antea exposuimus, his libris tribuendum esse. GALENUS *θρασέας παρακρούσιας* phreniticis proprias esse dicit, locumque ita intelligit: »quum videris quempiam cum ferocitate desipientem, et si paulo post sedetur, cognosces mentem ejus non febris ratione laesam »esse, sed quia phrenitica subalitur affectio, quae post adaucta ferina tibi videbitur. Ferinas »autem desipientias vocat, in quibus aegri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt et ex»candescunt, eos qui ingrediuntur tanquam hostes existimantes.''

(33) Egregium hic habemus exemplum, quomodo hae sententiae sensim sensimque magis universalem acceperint significationem. In Prorrh., monente quoque GALENO, symptomata recensentur, quae aliarum etiam sunt febrium, at ex quibus tamen propterea phrenitis fieri poterit, quod partium superiorum sudores memorentur. Perfrigerium autem cum anxietate in Coaca mali profecto sunt moris.

(34) Summam, sicuti antea diximus, in his cernimus systematis nervei sensilitatem.

PRORRHETICA.

29. Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια. ἆρά γε τουτέοισιν οὐρέεται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας (35).

30. Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου ἆρά γε ἀφώνως τελευτῶσιν (36);

31. Τὰ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξεως πτυαλίζοντα μέλανα ἀνεμεῖται (37).

32. Κώφωσις καὶ οὖρα ἀκατάστατα ἐξέρυθρα, ἐναιωρούμενα, παρακρουστικά. τοῖσι τουτέοισι ἰκτεροῦσθαι κακόν, κακὴ δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις. τούτους ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ συμβαίνει γίνεσθαι. οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τουτέοισιν, οἷον ἐγένετο Ἑρμίππῳ καὶ ἀπέθανεν (38).

33. Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα κακόν (39).

COACAE.

596. Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων ἄλλως δὲ ὀλέθρια ˙ἆρα τούτοισιν οὐρεῖται, οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας.

347. Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου ἆρα καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι;

102. Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντες μέλανα ἔμετον δηλοῦσι.

198. Προσηκούσης ἀῤῥωστίης κώφωσις, καὶ οὖρον ὑπέρυθρον, ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν. τὸ ἰκτεροῦσθαι ἐν τούτοισι κακὸν, κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις. τούτους ἄφωνους αἰσθανομένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι. τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

190. Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα κακὸν, κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἄγει δὲ τουτέοισι καὶ ἐς ἴσχια πόνους.

(35) De his § superiori. De phreniticis locum intelligendum esse monet GALENUS. Si quidem auctor comparat mejentes ex praesentium admonitione cum iis, qui absque illa mejunt; qui sane neque matellam petunt, sed citra ordinem rationemque urinam in lectum effundunt.

(36) Exemplum habemus in PHILINI uxore (Aegr. IV, lib. I. Epid.), quam ad decimum quartum diem palpitationes istiusmodi occuparunt, et quae, decimo septimo voce destituta, vigesimo obiit. Videntur autem hae palpitationes ab insigni augmento circulationis repeti debere.

(37) In genere legimus Coaca 566. Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν. Refrigerium autem, vitae deficientis indicium, et vomitus niger, summae humorum depravationis testis, facile coincidere posse videntur. Utroque loco eandem habemus notionem, enunciandi ratio vero est diversa, et ultima Coacae verba ostendere videntur hanc loco ex Prorrh. esse recentiorem.

(38) De his § superiori. Vult FOËSIUS Coacam hanc et Prorrh. fortasse commutato, perverso aliquantulum nomine, ex exemplo Aegri secundi lib. Epid. III. esse desumta, quod nihilominus haud adeo certum videtur, quum facile symptomata in his obvia saepius observari potuerint. Crederem πνίγεσθαι in Coaca vitiose pro γίνεσθαι esse positum.

(39) Videmus in Coaca sententiam iterum amplificatam esse. Surditas, de qua hic sermo est, a nervi auditorii affectione pendet et subito vulgo oritur. Quam vaga sit postrema Coacae enunciatio omnibus patet; illustre tamen exemplum surditatis cum coxendicis dolore alternantis habemus in Aegr. IX. libr. Epid. III. Sect. ult.

PRORRHETICA.

34. *Αἱ τρομώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες παρακρούσιες πάνυ φρενιτικαὶ, ὡς καὶ τῷ Διδυμάρχῳ ἐν Κῷ* (40).

35. *Αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες οὐ πάνυ παρ᾽ ὠϋτοῖσιν* (41).

36. *Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον, περὶ κρίσιν δὲ τουτέοισι πνεῦμα ἅλις ξὺν τόνῳ διέρχεται, καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι* (42).

37. *Ἢν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ, τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος, παρακρουστικὸν, καὶ οἷα περὶ ἦχους τοιαῦτα* (43).

COACAE.

76. *Αἱ τρομώδεες, ψηλαφώδεες παρακρούσιες φρενιτικαί. καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι.*

36. *Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεα κακοήθεα.*

300. *Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον. περὶ κρίσιν δ᾽ οὖν τούτοισι φλέγμα ἅλις συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται.*

(40) Nomen, ut fieri solet, in Coaca praetermittitur. Verba *οἱ κατὰ γαστροκνημίην κ. τ. λ.* forte vitiose a Coaca 300. separata et hic adsuta sunt, conf. Prorrh. 36. — DEALCIS uxor (Aegr. XV. Sect. ult. lib. Ep. III.) *ἐψήλαφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, ἐτριχολόγει.* De hac delirii specie SPRENGEL, Semiot. p. 300. haec habet: »Ein stiller sanfter Wahnsinn, der sich höchstens durch »Murmeln und Seufzen, durch bewusstloses Aufrichten und durch swache Bewegungen der »Hände, durch Flockenlesen, durch Starren Blick der Augen zu erkennen giebt, wobey aber »der puls und die übrigen Verrichtungen immer mehr geschwächt werden: dies ist eine sehr »gefährliche Art des Wahnsinns.'' Citat GALENUS locum ex Epidemiorum III. Ubi: »Neque »phreniticorum, aït HIPPOCRATES, quispiam vehementer insanivit, sicut in caeteris usu venire »solet, sed ex mala alia quadam et languida in sommum degravatione graviter peribant.''

(41) Graviter culpat GALENUS auctores hujus praesagii de negligentia delectus verborum: *οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὃς ἔγραψε τοῦτο τὸ βιβλίον ἐν πολλαῖς ταῖς ῥήσεσιν ἀλλοκότῳ χρῆται τῇ λέξει, μεταβαίνων ἐνίοτε μὲν ἀπὸ τῶν παθῶν ἐπὶ τοὺς πάσχοντας ἀνθρώπους, ἐνίοτε δὲ ἀπὸ τῶν πασχόντων ἐπὶ τὰ πάθη. καὶ νῦν γοῦν προειπὼν, αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, ἐπήνεγκεν, οὐ πάνυ παρ᾽ ἑωϋτοῖσιν, καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν, οἱ ἐκ ῥίγεος νωθροὶ οὐ πάνυ παρ᾽ ἑωϋτοῖσιν.* Sed inde vel maxime horum effatorum antiquitas probari mihi videtur, in quibus neque scholasticas subtilitates, neque exquisitam dictionem exspectare licet, quum solummodo observationes morborum continent. Mentis alienationem et torporem in rigore a sanguinis ad internas partes congestione, externis spasmo detentis, explicuerim. Coaca magis universalem continet prognosin.

(42) Varias ad hunc locum memorat GALENUS lectiones, quarum mentionem facit etiam FOËSIUS. Quod ad surarum dolores delirium praesagientes, monet nonnullos subintelligere *ἐξαίφνης ἀλόγως ἀφανισθέντες*, et exemplum citare Aegr. III. Epid. III. Sect. I. Dolores illos, a materie saburrali in intestinis vel a flatibus oriundos, sympathice Delirium provocare, non est absurdum.

(43) De pravis sublimamentis intelligi debere hoc effatum, monet GALENUS. Videmus metastasin ad cerebrum spectari.

PRORRHETICA.	COACAE.
38. *Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα ἐλπὶς ἐκστῆναι* (44).	175. *Οἱ κεφαλαλγικοὶ διψώδεες, ὑπαγρυπνοι, ἀσαφέες, ἀδύνατοι, ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεες. ἦρά γε ἐξανίστανται;*
	642. *Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἄγρυπνοι ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους ἐλπὶς ἐκμανῆναι, ἢν δύσπνοοι ἔωσι. πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὔπνοον, σίνον τε κοιλίης ἐπεισελθούσης.*
39. *Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ὑποδύσφοροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ επ᾽ οὔροισι μέλασι, καὶ τό θολερὸν ἐν τουτέοισι πνεῦμα, κακόν* (45).	49. *Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ὑποδύσφοροι, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐπ᾽ οὔροισι μέλασι, καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τουτοισι πνεῦμα κακόν.*
40. *Αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι μὴ ἐούσης κενεαγγείης, κακόν* (46).	54. *Οἱ παραλόγως, κενεαγγείης μὴ ἐούσης, ἀδύνατοι, κακόν.*
41. *Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι, μυκτὴρ ἐπὶ τούτοισι ῥηγνύμενον, κακόν* (47).	603. *Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλανα σπυραθώδεα, πρὸς ἀνάγκην χαλῶσα, μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος, κακόν.*
42. *Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα ἐπὶ πολὺ, μετὰ καύματος ἀσώδεος, ἐφιδροῦντες οὗτοι*	323. *Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος πονηρόν.*

(44) Ter repetitam habemus eandem sententiam. Mentem auctoris Coacae 642. assequi desperatum est, monente DURETO (in hujus libri exegesi p. 553.), nisi postrema pars legatur: *πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὐπνοοῦσιν, οὗ τῆς κοιλίης ἐπεισελθούσης;* »ubi regressam, aït, alvum, pro sub»sistente accipimus.'' Postrema haec verba recentiora omnino videntur reliquis. In symptomatibus prius recensitis delirii occasio non desiderari existimo.

(45) Quaedam ex his symptomatibus Prorrh. 27. memorata leguntur. Quid *τὸ θολερὸν πνεῦμα* significet, dubium videtur GALENO, quum *θολερὸν* de aquis impuris, returbidis vulgo accipiatur; peculiarem quamdam, sed incognitam difficultatem spirandi indicare existimat. Videtur iterum tribus, tractu temporis sibi invicem subjunctis, partibus componi haec sententia.

(46) Pulcerrimam habemus distinctionem debilitatem veram inter et spuriam; a corporis exhaustione altera proficiscitur, a virium oppressione altera. Utilitatem hujus distinctionis in arte facienda manifesto ostendit HIPPOCRATES in libro de Victu Acutorum (FOËSIO pag. 391). Miratu dignissimum est, quodcumque observationis studio praestiterint Asclepiadae, neque id omne parum contulit ad HIPPOCRATEM optimis medicinae praeceptis imbuendum.

(47) *Πρὸς ἀνάγκην* deposita alvus iis dicitur, quae ex medici proposito clysmatibus, glandibus, movetur, secundum GALENUM. Videmus alvum strictam in hoc effato congestionem ad caput provocare unde epistaxis. *Σπύραθος*, significat caprarum stercus.

PRORRHETICA.

κακόν. ἆρά γε τουτέοισι τρομώδεα γίγνεται; καὶ φωνὴ δὲ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπτική (48).

43. Ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ δίψα τοιαύτη, πονηρόν (49).

44. Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, κακόν.

45. Φωνὴ ὀξεῖα, ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται (50).

46. Ὄμμα ἀμαυρούμενον φλαῦρον, καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες κακόν (51).

47. Ὀξυφωνίη κλαγγώδης, πονηρόν (52).

48. Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον οἷσι μὴ σύνηθες καὶ ὑγιαίνουσιν. πνιγμὸς ἐν τού-

COACAE.

50. Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν.

51. Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξεῖα, κακόν. ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται.

225. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς ἀχλυῶδες κακόν.

275. Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, καὶ ομμάτων ἀμαύρωσις, σπασμῶδες. οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι εὔφοροι.

235. Ὀδόντας συνερίζειν ἢ πρίειν, ᾧ μὴ συνηθὲς ἐκ παιδίου, μανικὸν, καὶ θα-

(48) Forte in Coaca praetermissa sunt postrema Prorrh. verba, propterea quod vagam nimis complectantur notionem. *Vocem uti in rigore conspicuam* de voce tremula intelligit GALENUS: *τὸ γὰρ ὡς ἐν ῥίγει τὴν τρομώδη φωνὴν δηλοῖ.* Febris ardens observata fuisse videtur.

(49) Quod in his de corporis extremitatibus dicitur, de toto corpore pronunciatur Aph. 40. Sect. V: »Et ubi toto corpore mutationes contingunt, ut si corpus refrigeretur, rursumque calefiat, »vel color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem significat.'' Intelliguntur autem hic verosimiliter caloris et coloris mutationes, quae spasmos peripheriae indicant. Sitis ejusmodi eandem edit significationem atque illa, quae praeter rationem soluta legitur Prorrh. 57.

(50) Pertinent haec praessagia ad phrenitidem. Prius illud, monente GALENO, generaliori lege continetur: *τὸ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἅπαν κακόν.* De hypochondrio retracto ita SPRENGELIUS. »Auch eingezogen erscheint die Herzgrube nicht selten. Sie ist alsdann zugleich gespannt, und »tritt beym Einathmen nicht hervor. Diese Beschaffenheit zeigt aüsserst heftige Krämpfe an, »die entweder blos auf die Bauchmuskeln, oder auch auf die innern Organe wirken, und in »dem letztern Falle grosse Gefahr drohen.'' Reputemus hic arctum hepar inter et cerebrum consensum, excrementa alba in phreniticis, quorum mentio fit Prorrh. 13.

(51) Sunt nervi optici affectiones paralyticae in ultimo morborum stadio, quae hic spectantur: *τὸ ὄμμα πεπηγὸς, immotus oculus,* a musculorum oculi paralysi etiam pendere valet, quae immobilitas hic verosimiliter spectatur.

(52) Monet GALENUS in hoc Prorrh. nonnullos etiam *κλαυθμώδης* scribere. In Coaca *κλαυθμώδης* melius legitur, quum jam ad ultimum morbi stadium pervenerint, qui oculos hebescentes habeant, dolores partium inferiorum vel abscessum futurum, vel haemorrhoïdes, indicare poterunt atque ita morbum levare.

PRORRHETICA.

τοισι, πάνυ κακόν (53).

49. Προσώπου εὔχροια καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν, πονηρόν (54).

50. Τὰ τελευτῶντα διαχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παροξυντικά (55).

51. Αἱ ἐκ καταψύξιος ἐν ὀξέσι οὔρων ἀπολήψιες κάκισται (56).

52. Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα θάνατον σημαίνει (57).

COACAE.

νάσιμον. ἤδη δὲ παραφρονέων ἢν ποιέῃ τοῦτο, παντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.

213. Προσώπου εὔχροια καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ, κακόν. μετώπου ξυναγωγὴ ἐπὶ τουτέοισι, φρενιτικόν.

613. *Initio.* Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεα καὶ πάνυ. ἐκ τουτέων τὰ παρ' οὖς ἀνίστανται.

5. Αἱ ἐκ καταψύξιος οὔρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

48. Τὰ ἐν πονήροισι σημείοισι κουφίζοντα καὶ, τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.

(53) Ex Coaca adposita cernimus quomodo sensim sensimque hae sententiae natae et amplificatae sint; componitur tribus partibus per se constantibus, ultimisque, ut videtur, subjunctis, postquam prior jam scriptis mandata erat. Pulcerrimam videmus consuetudinis computationem. Siccitas dentium a salivae defectu repeti debet, ejusque caussa eadem est atque siccitatis linguae.

(54) Facies bene colorata epistaxeos vel abscessuum ad aures futurorum indicium esse poterit, perhibente GALENO, cum vero simul tristis exstiterit, malum omnino erit signum: σκυθρωπότης μελαγχολίας signum ipsi dicitur. Videmus Coacam posteriori tempore amplificatam esse.

(55) Coaca haec iterum ex horum praesagiorum origine omnem habet intelligentiam. Nimirum sincerae illae et spumantes dejectiones ad morbi cruditatem pertinent, ad quod stadium spasmi quoque praesertim sunt referendi; quodsi igitur morbus per abscessus ad aures critice terminetur, hi post ejusmodi alvi excretionem incidere poterunt: quod quum observasset auctor Coacae dixit: ἐκ τουτέων τὰ παρ' οὖς ἐξίστανται.

(56) Notabilem namque spasmum significant.

(57) Quam praeclara praesagia et quam digna ingeniosis his naturae observatoribus! Loca haec universam spectant crisium doctrinam. Ad Prorrh. haec narrat GALENUS: »Adolescens quidam »excernebat cum febre imbecilla rubidam proluviem non paucam; saepiusque die uno nocteque »cum tepida febre; qui hinc moderatius habere est visus, ita ut tertio die a febre immunis esse »videretur. Ego itaque urinas ipsius, quae tum tenues, tum albae instar aquae essent, conspi»ciens, jecoris infirmitatem permanere conjeci, praecepique ut occurrerent huic idoneis tum »epithematibus, tum esculentis et ratione vivendi universa. Deridens vero me medicus quidam »a THESSALO edoctus, qui non solum ipse numquam urinas contemplatus erat, sed et contem»plantes fullones appellabat, prohibuit ne homini praesidium ferretur, solâ post inanitionem »refectione opus esse inquiens; sed morbus septimo a principio die superveniens patuit omnibus

53. *Τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεσιν ἔκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα διαχωρήματα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ οὖρα τοιαῦτα. ἆρα τουτέοισιν ἧπαρ ἐπώδυνον* (58).

54. *Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐξίστανται σιγῇ ὀλέθριον* (59).

55. *Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι* (60).

56. *Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγημάτων πυρετοὶ κακοήθεες* (61).

57. *Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν* (62).

58. *Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσιν ὀξέσι γιγνόμενος φλαῦρος* (63).

59. *Καὶ οὖρα δ' ἐπίπονα, πονηρὸν, καὶ τὰ ἐρυθρὰ ἐκ τουτέων ἐπανθίσματα κατεχόμενα, καὶ τὰ ἰώδεα πονηρὰ, καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι οἷον στάξιας.*

602. *Initio. Ἐν ὀξέσι τὸ ἀφρῶδες, περίχολον διαχώρημα κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλευκον.*

606. *Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα φλαῦρον, καὶ ἰκτεροῦνται δὲ ἐκ τοιούτων.*

248. *Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον, ἐκστᾶσαι σιγῇ ὀλέθριον.*

249. *Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι.*

31. *Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοὶ κακοήθεες. τὸ καρῶδες ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.*

58. *Κακὸν δὲ πάντως ἐν ὀξεῖ δίψα παραλόγως λυθεῖσα.*

574. *Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ γενόμενος ἐν ὀξεῖ, φλαῦρον.*

579. *Initio. Φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον.*

600. *Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχω-*

» esse hepaticus. Talia igitur omnia, quae valde utilia sunt, praetermittunt expositores, tem» pusque interdum circa dictiunculas nullo pacto utiles conterunt.'' Enunciati in hoc Prorrh. exemplum habemus in doloribus colicis enteriticorum, gangraenâ factâ, evanescentibus; pertinent ad priorem Coacae partem, quaecumque in his scriptis *ἀκρίτως, ἀσήμως, ἀλόγως, παραλόγως* soluta leguntur et ubivis damnantur. Quae cum bonis non remittunt, bona haec non critica esse testantur; ad bonam crisin enim non sufficit symptomata aliquot laudabilia apparere, debet vero simul malum levari.

(58) Hepar in his affectum esse, non dubium videtur.

(59) Delirium illud cum silentio virium exhaustarum videtur indicium.

(60) Spasticam aphoniam dolorosam hic spectari dicit GALENUS, quum ejus mentio facta sit in praecedente praesagio; equidem antea aphoniam ex angina inflammatoria cogitaveram.

(61) Hoc effatum circumscriptione omnino indigere videtur. GALENUS vehementer in hanc sententiam invenit.

(62) *Sitis praeter rationem soluta* est sitis absentia, ubi causae sitiendi adsunt, velut ardor febrilis. Signum est turbarum mentis. Hinc Coaca 562: *Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.*

(63) Conferantur huc HIPPOCRATIS monita in Prognostico de sudoribus; nostro loco symptomatici spectantur una cum febre incidentes: critici sub febris finem demum observantur.

PRORRHETICA.	COACAE.
	ῥήματα, κακὸν μὲν πάντως, κάκιστον δὲ ἐγγὺς ἐπ' ἀλλήλων ἰόντα.
60. *Καὶ ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων.*	556. *In medio.* *Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον.*
61. *Ὁκόσα ἐν κρισίμοισι ἀλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψύχεται, κακόν. καὶ τὰ ἐπιῤῥιγώσαντα ἐκ τουτέων κακά* (64).	38. *Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ ἀνιδροῦντες περιψυχόμενοι, καὶ ἅπαντες δὲ οἱ ἄνευ ἱδρῶτος περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν.*
62. *Ἐμέσματα ἄκρητα ἀσώδεα, πονηρά* (65).	39. *Καὶ οἱ ἐπιῤῥιγώσαντες ἐκ τούτων ἐμέσαντες ἄκρητα ἀσώδεες τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κακόν. καὶ φωνὴ δὲ ἐκ ῥίγεος.*
63. *Τὸ καρῶδες ἆρά γε πανταχοῦ κακόν* (66).	178. *Τὸ καρῶδες πανταχοῦ κακόν.*
64. *Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη* (67).	6. *Μετὰ ῥίγους ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.*
65. *Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί* (68).	
66. *Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν. ἐπὶ τούτοις ἐν πλευροῖς καῦμα ὀδυνῶδες, καὶ τὸ ἐπιῤῥιγῶσαι, κακόν* (69).	10. *Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῦντες καὶ ἐπιῤῥιγέοντες ὀλέθριον, καὶ ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας ταραχώδεας.*

(64) GALENUS: »perperam," aït, »hoc in loco *ἀλυσμῷ* adjacet *ἀνιδρωτί;* nempe anxietas cum »sudore non mala esse videbitur, aut si est nihilominus, imo mala magis. Non solum autem »supervacue oratio haec *ἀνιδρωτὶ* adjecta videbitur, verum quoque et in detrimentum librum »legentium, qui eam, quae sine sudore est, anxietatem eâ, quae cum sudore est, maligniorem »esse existimabunt." Loca haec nihil aliud significant, quam quod Prorrh. 107. legitur, subabsurdum esse, qui una cum crisi fit, rigorem: spasticus est rigor, est etiam frigus spasticum; sudor criticus spasmorum, cruditatis tempore natorum, solutionem denotat, atque adeo minus probanda erunt frigus et rigor criseos tempore: anxietas quoque malum omnino denotat.

(65) Saepius in utroque libro duae sententiae, quae secum invicem conveniunt, se quoque subsequuntur, atque exinde videmus iterum hos libros ex eodem fonte dimanasse.

(66) Vide § superiori.

(67) In his cernimus mentis alienationem a plethora capitis, sanguine ad interiora revulso. Vid. Prorrh. 15.

(68) Naturae a morbi vi devictae sunt indicia.

(69) Febrim hecticam hic spectari, non dubium videtur. GALENUS quoque Prorrheticum ita explicat: Coacae latius patent, quum aeque bene de febre hectica ex hepatis abscessu vel alio quocumque

PRORRHETICA.	COACAE.
	52. Τὰ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενα κακόν.
67. Τὰ καυματώδεα ῥίγεα ὑπό τι ὀλέθρια, καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοις κακόν. ἐπὶ τούτοις ἡ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται. (70).	7. Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπολέθρια, καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόηθες· ἐπὶ τούτοισι ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται. καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμῶδες.
68. Οἱ ἐφιδρῶντες ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι, κακόν (71).	41. Οἱ ἐφιδροῦντες ἄγρυπνοι ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.
69. Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν (72).	314. Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.
70. Ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα σὺν νωθρότητι, κακόν. ἐπιπυρεττήναντες οὗτοι καυστικοὶ, ὀξέως ἀποθνήσκουσι (73).	385. Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυνθεὶς νωθρότητι κακὸν ἐπὶ πυρετῷ, οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.
71. Οἱ ἐπανεμέοντες μέλανα ἀπόσιτοι, παράφοροι καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα θρασὺ, κεκλεισμένον, τούτους μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ. μηδὲ τοὺς ἐποιδέοντας, σκοτώδεας, ἐν τῷ πλανᾶσθαι ἐκλεί-	

quam ex vomica pulmonum possint intelligi. Videtur Coaca 52. antiquissima hujus praesagii forma; Coaca 10. perfectissimam refert prognosin.

(70) Prorrhetici pars ultima recentior videtur priori, et continuam harum sententiarum amplificationem iterum indicat. Verba Coacae *καὶ ὅλως δὲ* posterioris iterum temporis esse, vix dubium videtur. Videmus febrim quamdam ardentem cum magna congestione ad caput. GALENUS lectionum duarum *καυματώδεα* et *κωματώδεα* etiam meminit. De frigore partium posteriorum ita SPRENGELIUS Semiot. p. 75: »Kälte im Nacken und im Rückgrath ist von den ältesten »Zeiten an als Vorbote krampfhafter Zufälle angesehen worden, und im Tetanus sowohl, als »in der Epilepsie findet man diese Behauptung bestätigt."

(71) *Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα* hunc locum spectare refert GALENUS.

(72) Habemus metastasin ad cerebrum, unde oculi distortio. GALENUS locum citat e prognostico (FOËSIO p. 43.): »Qui cum febre circa lumbos et infernas sedes fiunt dolores, si septum trans»versum relictis infernis regionibus attigerint, lethales admodum existunt."

(73) Locum hunc ita accipiendum existimo. Vehementissima datur pleuroperipneumonia, in qua, impedito libero sanguinis per pulmones transfluxu, magna ad caput oritur congestio, quae motuum torporem inducit. Corrupta videtur lectio Coacae, et vera protopathica inflammatio spectari, non febris pleuritica: quare *ἐπιπυρεττήναντες* praeferrem prae *ἐπὶ πυρετῷ*. Huic loci interpretationi quam optime respondent verba *ὀξέως ἀποθνήσκουσι*.

ποντας, ἀποσίτους, ἀχρόους. μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ κωματώδεες, κατακεκλασμένους, ὀλέθριον γάρ (74).

72. Καρδίης πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ συντόνῳ καὶ κεφαλαλγίῃ κακόηθες, καὶ τι ἀσθματῶδες. ἆρά γε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσιν; ὡς ἐν Δυσώδει, τούτῳ καὶ οὖρα ἐζυμωμένα ἐγένετο βιαίως ἐξέρυθρα (75).

73. Τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷς ἐκμανῆναι ἐλπίς (76).

273. Τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐπὶ πυρετῷ παντὶ, κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἐκμανῆναι ἐλπίς.

74. Κωματώδεες, κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, ἐφιδρῶντες πυρετοὶ κακοήθεες.

35. Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες ἐφιδροῦντες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

75. Ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ, ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι, οὔρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνουσιν (77).

8. Αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι δύσφοροι· οὔρου γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι.

46. Ἐκ νώτου πυκινῇσι καὶ λεπτῇσι φρίκησιν ἐφιδροῦντες δύσφοροι. οὔρου ἀπόληψις ἐπώδυνον σημαίνει. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν.

(74) Quod ad priorem partem, sunt haec symptomata adeo prava, perhibente GALENO, ut hoc enunciatum non sit dissimilis huic: »*corde vulneratis promittenda curatio non est, morientur enim.*" In altera parte summam cernimus debilitatem. Ad postremam GALENUS ita legit: μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ κωματώδεες, κατακεκλιμένους; animadvertitque melius dictum fore, ἐκλύτους; et dein pergit: τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ἢ τίς οὐκ εἴρηκεν, ὡς τοὺς ἐκλύτους οὐ χρὴ καθαίρειν; Eo majoris momenti sunt haec monita, quo vehementioribus purgantibus antiquos usos esse novimus.

(75) Videmus hic iterum observationem singularem, quam in suppurante factam esse autumat GALENUS.

(76) Dolor cervicis in his libris inter signa congestionis ad superiora celebratur, et Prorrh. 137. memoratur tanquam signum futurae haemorrhagiae, adeo ut hoc praesagium restrictione omnino indigeat.

(77) Si cum Prorrhetici 67. parte ultima et Coacâ adpositâ haec conferamus, videmus spasmum in his omnino accusandum esse. GALENUS monet: πιθανὸν καὶ τὰς ταχὺ μεταπιπτούσας φρίκας τὰς δυσφόρους ἐπὶ φλεγμονῇ τῶν εἰρημένων μορίων γίγνεσθαι.

PRORRHETICA.	COACAE.
76. *Καὶ οἱ ἀσώδεες, ἀνεμέτως παροξυνόμενοι, κακοί* (78).	557. *Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παροξυνόμενοι κακὸν, καὶ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως.*
77. *Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ σημεῖον ὀλέθριον* (79).	3. *Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.*
78. *Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὴ αἰσθανομένῳ διϊέναι, ἐόντι παρ᾽ ἑωυτῷ κακὸν, οἷον τῷ ἡπατικῷ* (80).	631. *In fine. Θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστὶ τὸ διαχώρημα ἀναισθήτως διεξιόν.*
79. *Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπαγρυπνήσωσιν. μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον* (81).	558. *Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, ἄλλως τε κἢν ἀγρυπνέωσιν.*
80. *Αἷς ἐκ τόκου γε λευκὰ, ἐπιστάντα δ᾽ ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ εἰς πλευρὸν, ὀδύνη ὀξείη, ἐξίστανται ὀλεθρίως* (82).	525. *Ἧισιν ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλέθριοι.*
81. *Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν ὑποπεριψύχουσι διαχωρήμασιν, ὑδατοχόλοις, συχνοῖσιν, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις σημεῖον κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται* (83).	134. *Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ὑποπεριψύχουσι διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι συχνοῖσι, ὀφθαλμοῖσι κακὸν, ἄλλως τε κἢν κάτοχοι γένωνται.*
82. *Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρεττήναντι χρονίως ὀλέθρια, οἷόν τι*	480. *Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρεττήναντα χρονῷ ὀλέθρια.*

(78) Duplici modo *ἀσώδεες* fiunt aegri secundum GALENUM: *διττῶς γὰρ γινομένων ἀσωδῶν τῶν καμνόντων, ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ σώματος βαρύνηται καὶ μηδὲν φέρῃ σχῆμα ῥᾳδίως, ἕτερον δὲ, ὅταν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὑπὸ μοχθηρῶν δάκνηται χύμων· οἱ πρότεροι μὲν ὀλεθρίως διακεῖνται, ναυτιώδεες δ᾽εἰσὶν οἱ δεύτεροι.* Ultimam Coacae partem recentiorem esse, unicuique facile constat.

(79) Virium prorsus lapsarum est indicium.

(80) Valde obtusum esse aegri sensum, hoc phaenomenon indicat. Coaca latius patet quandoquidem etiam mentis turbas complectitur.

(81) In Coaca tertium jam habemus exemplum, vocem qua bona vel mala symptomatum significatio indicetur desiderari, elapsum est hoc loco verbum *κακὸν*. Nil parcum criticum est monente GALENO.

(82) Describitur hoc loco pleuritis lethalis in puerperâ, in qua ejusmodi morbum infaustum habere exitum, facile intelligimus ex ipsa sanguinis vita adaucta et congestione ipsius ad mammas, ubi lac secernitur: surditas et delirium ex mali vehementiâ omnem tenent interpretationem.

(83) Hic iterum omnino fragmentum habemus historiae morbi, concursionem symptomatum plane empiricam; locus est antiquissimus profecto. Coacae lectio vitiata et ex Prorrh. hocce restituenda FOËSIO videtur. Sopor et oculorum perversio illa impeditam et perversam nervorum actionem provectiori morbi stadio indicant.

ἐπεπόνθει ὁ Νουμηνίου υἷος (84).

83. Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ εἰς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμοῦσαι ὑδατώδεα, λεπτὰ, πλέονα, παρενεχθεῖσαι, ἄφωνοι, ἐμέσασαι μέλανα, τελευτῶσιν (85).

316. Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτὰ, ὑδατώδεα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσιν.

84. Ὄμματος κατάκλεισις ἐν ὀξέσι, κακόν (86).

85. Ἆρά γε τοῖς ἀσώδεσιν ἀνεμέτοισιν, ὀσφυαλγέσιν, ἢν θρασέως παρακρούσωσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν (87);

319. Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα, θρασέως παρακρούσασιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

86. Φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μετὰ δυσφορίης, πνιγώδης, ὀλεθρίη ὀξέως (88).

265. Φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέως.

87. Οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ σπόνδυλος ἐγκάθηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῶν τελευτῶν ὡς συσπῶντος τινὸς τὸ πνεῦμα γίνεται (89).

266. Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, καὶ φωνὴ πνιγμώδης, σπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν οἷον συσπῶντός τινος τὸ πνεῦμα γίνεται.

88. Οἱ κεφαλαλγικοὶ, κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασύνοντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται (90).

162. Οἱ κεφαλαλγέες κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀποληφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθονώδεες γίνονται.

(84) GALENUS locum hunc ita interpretatur, ut de febre non satis valida, quae apoplexiam tollat, accipiat. BOERHAAVIUS etiam § 1017: »Lenis,'' inquit, »apoplexia solvitur febre magna.'' Conf. SWIETENII, Comm. p. 286, 287. Tom. III, ubi etiam hujus loci mentionem factam videmus. Secundum GALENUM sunt, qui adverbium λελυμένως pro μετρίως intelligant in ipsis apoplecticis.

(85) Congeries symptomatum pravorum. Habemus dolores ex lumbis superiora petentes, de quibus etiam Prorrh. 69.

(86) Duplicem memorat GALENUS hujus loci lectionem, hancce nostram et alteram, qua κατάκλασις dicitur, »non magno'' »aït: circa amborum significata existente discrimine.''

(87) Prudenter videmus enunciatam prognosin admodum incertam, ex mera observatione deductam.

(88) Angina laryngea spectatur, morbus ex acutissimis.

(89) Spectatur angina paralytica s. convulsiva, de qua SWIETENIUM Comm. Tom. II. pag. 701—706 contulisse operae pretium omnino est. — Conf. quae infra Capite III. nostro adnotavimus ad Aph. 26. Sect. III.

(90) Nihil certae legis nomine dignum continet hoc praesagium: melius dictum fore refert GALENUS: ἆράγε ὀπισθοτονώδεες γίνονται. — Verbum ἀνθηροὶ hic significat colorem rubrum, floridum faciei, congestionem ad caput indicantem.

PRORRHETICA.

89. Ἐπ᾽ ὀμμάτων διαστροφῇ πυρετώδει, κοπιώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι κακόν (91).

90. Αἱ ἐν πυρετοῖσι πρὸς ὑποχόνδριον ὀδύναι ἀναύδως ἱδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεες. τούτοισιν ἐς ἴσχια ἀλγήματα ἅμα καυσώδει πυρετῷ, καὶ ἢν κοιλίη καταῤῥαγῇ, ὀλέθριον (92).

91. Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν τρομώδεες, καὶ κωματώδεες, τελευτῶσιν (93).

92. Οἷσι καυστικὰ, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, σίτων ἀπολελαμμένων ἐφ᾽ ἱδρῶσι, ἆρα τούτοις τὸ θολερὸν πνεῦμα, καὶ τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, λύγγα διασημαίνει, καὶ κοιλίη δὲ ἔπαφρα χολώδεα προςδιέρχεται; τὸ λαμπῶδες ἐν τούτοισι ὠφελέει οὐρηθὲν, κοιλίη δὲ τούτοισι ἐπιταράσσεται (94).

93. Οἷς κῶμα γίνεται ἐπ᾽ ἄφρων περιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξὺς (95).

94. Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα

COACAE.

221. Ἐπ᾽ ὀμμάτων διαστροφῇ κοπιώδει, πυρετώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τουτέοισι, κακόν.

299. Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες, τούτοισι ἐς ἴσχια ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδει, κοιλίη καταῤῥαγεῖσα ὀλέθριον.

247. Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίας, τρομώδεες θνήσκουσιν.

186. Κωματώδεα, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι ἐφιδροῦντες, ἦρα τουτέοισι τὸ θολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν λύγγα σημαίνει; κοιλίη δὲ ἦρα χολώδης προςδιέρχεται; τὸ λαμπῶδες ἐν τουτέοισιν οὐρηθὲν ὠφελέει, καὶ κοιλίαι δὲ τουτέοισιν ἐπιταράσσονται.

646. Οἷσι καῦμα γίνεται, ἐφιδροῦσι δὲ ἐλθόντων, πυρετὸς παροξύνεται.

253. Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα

(91) Sunt symptomata nervosa admodum periculosa. Pars ultima addita videtur, postquam prior jam aliquamdiu exstiterat.

(92) Suspicatur GALENUS vocem μὴ ex initio excidisse, et legendum esse μὴ λυόμεναι; effatum de alvi eruptione vix intelligi potest; habemus concursionem omnino empiricam.

(93) Hic videre licet, quantopere hi libri sint vitiati interdum; utrumque enim praesagium verosimiliter omnino olim conspiravit. Placet melius Coacae quam Prorrhetici lectio; hanc acriter etiam reprehendit GALENUS.

(94) Haec omnia veluti aenigmata congesta esse, GALENUS auctor est: atque omnino mira symptomatum est congeries, ex unica verosimiliter observatione ducta.

(95) Animadvertit FOËSIUS omnia exemplaria edita vitiose hunc locum ita cum GALENO exhibere; codices vero manu scriptos eum sic referre: οἷς κῶμα γίνεται ἐπ᾽ ὀμμάτων διαστροφῇ, ὀλέθριον ὀξέως. οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ ἢ ἀσαφής, ἐπάφρων προςδιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται.

ἱδρῶτι πυρετώδεες χαλῶνται ἐφ' ἑαυτοὺς, ἐπανιέντα χρονιώτερον, ἐπιῤῥιγῶσαι τουτοισιν, οὐ πονηρόν (96).

95. Χεῖρες τρομώδεες, κεφαλαλγέες, τραχήλου ὀδυνώδεες, ὑπόκωφοι, οὐρέοντες μέλανα δεδασυμένα, οἷσιν ταῦτα ᾖ, μέλανα προσδέχεσθαι ἥξειν ὀλέθριον (97).

96. Αἱ μετ' ἐκλύσεως κατόχως ἀφωνίαι ὀλέθριαι (98).

97. Πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσεσι χολώδεσιν ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίστανται (99).

98. Ἐπὶ τραχήλου ἀλγήματι κωματώδει, ἱδρώδει, κοιλίη φυσηθεῖσα, εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτέων ἄχολα ἐξίστανται, τὰ τοιαῦτα διασωζόμενα μακροτέρως διανοσέει. ἆρά γε εἰσὶν ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι, καὶ τὸ φυσῶδες ὄγκῳ προσωφελέοι (100).

99. Κοιλίης περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ταχ' ὀγκουμένη, ἔχει τι σπασμῶδες, οἷον καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱῷ; τὸ ἐπιῤ-

ἱδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶνται ἐπ' αὐτοὺς, ἀνιέντα χρονιώτερα. ἐπιῤῥιγοῦντα τουτέοισιν, οὐ πονηρόν.

176. Κεφαλαλγέες, ὑπόκωφοι, χεῖρας τρομώδεες, τράχηλον ὀδυνώδεες, οὐρέοντες μέλανα δεδασυμένα, ἐμέοντες μέλανα, ὀλέθριοι.

250. Αἱ μετ' ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι ὀλέθριοι.

418. Πλευροῦ ἄλγημα ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίσταται.

617. Κοπρώδης μετὰ τόνου διαχώρησις κοιλίης πονηρίην σημαίνει. φλεγματώδης δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ δυσεντερίην, τάχα δὲ

(96) Quotiescumque hunc locum legi miratus sum diligentes, a quibus profectus est, naturae observatores; pulcerrimam omnino continet observationem. Primo quidem febrim habemus cum apoplectica quadam affectione et sudore, in qua praeter voluntatem excrementa mittunt aegrotantes, inductâ paralysi, quâ morbus febrilis jam ad speciem mitis fit, sed diuturnior: in his autem rigorem non damnandum esse testantur, quippe novam virium intentionem, adeoque paralyseos sanationem significat.

(97) Non semper nigrorum per alvum aut vomitum refusionem in his exspectandam esse, uti hoc loco scribitur, monet GALENUS.

(98) Vide supra ad Prorrh. 24.

(99) Hic quidem pleuritidem habemus symptomaticam a causa gastrica, quae in phrenitidem ejusdem generis transit. Conf. quae annotavimus ad Prorrh. 52.

(100) Pro ἐξίστανται nonnulli monente GALENO ἐφίστανται optimo suo jure legunt. Quaestiones subjunctas recentioris dixeris esse temporis, quam ipsum praesagium. — FOESIUS in hujus loci versione GALENI lectionem illam servat. Meteorismus quidam a morbo gastrico spectari videtur: cum quo unâ adsunt symptomata congestionis ad superiora, dolor cervicis, et coma.

ῥιγοῦν τούτοις ὀλέθριον. ἐκ τουτέων σπασμώδης γενηθεὶς, καὶ ἐμφυσηθεὶς, μακρότερον διανοσήσας, στόματι σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο (101).

100. Τὰ κατ᾽ ὀσφὺν, κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον γριφόμενα, ἀποσιτικὰ, ἅμα πυρετῷ, τούτοισιν εἰς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπῳ σπασμώδει (102).

101. Τὰ ἐπιῤῥιγοῦντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεβοδονώδεα ὄντα ἐν τοῖς ὕπνοις, ἔστιν ὅτε οὖρα ὑφ᾽ ἑαυτοὺς χαλῶντα, ἐς σπασμοὺς ἀποτελευτᾷ κωματώδεας (103).

102. Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντες, οὔροισι πέποσι καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψύχοντες διὰ ταχέων περικαέες, νωθροὶ κωματώδεες, σπασμώδεες ὀλέθριοι (104).

103. Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ, καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει (105).

καὶ ὀσφυαλγίην. τοῖσι τοιούτοισι κοιλίης περίστασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα τάχιον κυλλομένη, ἔχει τι σπασμῶδες. τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τουτοισιν ὀλέθριον.

317. Τὰ κατ᾽ ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα καὶ πρὸς ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ, τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως τρόπον σπασμώδεα.

20. Τὰ ἐπιῤῥιγέοντα ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενά, ἄγρυπνα φλεγματώδεα, ἐν τοῖσι ὕπνοισιν ἔστιν ὅτε οὖρον ὑφ᾽ ἑωϋτοὺς χαλῶντα φλεβοδονώδεα ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

180. Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες, οὔροισι πέποσι καυστικοὶ, ἀκρίτως δὲ περιψύχοντες, διὰ ταχέων περικαέες νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες ὀλέθριοι.

534. Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρους γενόμενα φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ ἅμα σπασμῶδές τι ὠφελέει.

(101) Hacc loca secum invicem collata iterum peregregie horum pracsagiorum rationem ostendunt. Prorrh. omnino historiam morbi filii ASPASII continet, cujus in Coaca cum aliis quibusdam ex alvo ductis signis pars quaedam conjungitur, indicio Coacam multo recentiorem esse hocce Prorrhetico.

(102) Metastasis ad ccrebrum perniciosa. Numquid forsitan morbus rheumaticus, arthriticus?

(103) Verbum φεβοδονώδεα ab aliis φλεβοτονώδεα scribi, monet GALENUS, idque καινὸν καὶ ξένον ὄνομα vocat. Deinceps hacc leguntur: » Ambiguitates quidam effugere volentes, pro φλεβοδο»νώδεα, φλεδονώδεα inquiunt, nomen ἀπὸ τῶν φλεδόνων facientes; quod autem φλεδόνας »et φλυαρίας λήρους, i. e. nugas et deliramenta, quidam veteres nominaverint, non te praete»riit.'' Hancce vocis significationem FOËSIUS quoque in versioncm assumsit. Est haec etiam symptomatum σύλληψις plane empirica.

(104) De his § superiori.

(105) Lectionem Coacae ὠφελέει pro ὀφείλει cum FOËSIO rejecerim et prorrhetici illam retinuerim. Spectari videri eclampsia gravidarum, morbus periculi plenus, de quo RICHTER *Specielle Therapie* VII. p. 525.

PRORRHETICA. | COACAE.

104. Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει τι σπασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶντα, οἷον καὶ τῇ Θρασύνοντος ἀνεψιῇ (106).

262. Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶντα σπασμώδεα.

105. Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφιδρῶσι φιλυπόστροφα, τούτοις ἡ κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. οὗτοι ἐπιῤῥιγέουσι περὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες (107).

348. Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφιδροῦσι, φιλυπόστροφα τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ἐπιῤῥιγοῦσι δ᾽ οὗτοι ἐπὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμῶδες, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βάρεα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

106. Ὀσφύος πόνος καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικὸς μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης ἔχει τι σπασμῶδες (108).

320. Ὀσφύος πόνος, καρδιαλγικῷ μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

107. Τὸ ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος (109).

321. Ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

108. Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια, ταραχώδεα, καὶ οὖρα λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα ὕποπτα.

109. Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ᾽ ὀλίγον, καὶ κοιλίη διαβορβορίζουσα κεναῖς ἐξαναστάσεσι, καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες κοπιώδεες, ἐν στρώμασι καὶ ἱματίοισι ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης,

267. Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ᾽ ὀλίγον καὶ κοιλίη κενεῇσιν ἀναστάσεσι, μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα.

(106) Fere dixeris anginae speciem convulsivam spectari in hysterica. Coacam Prorrhetico recentiorem esse videmus. DIOSCORIDES, monente GALENO, φάρυγγι ἰσχνῇ scripsit.

(107) Coacae pars postrema recentiori demum tempore huic adsuta esse videtur. Num quid symptomata ad febrim ardentem pertinent?

(108) Locum ita intelligit GALENUS: »δηλώσει δὲ,'' ait, »πάλιν ἡ διαγραφὴ τοιόνδε τι τὸ τῆς ὀσφύος ἄλγημα· ἐάν τε καὶ κεφαλαλγικός τις, ἐάν τε καὶ καρδιαλγικός τις, ἢ μετὰ ἀναχρέμψεως βιαίας ἔχει τι σπασμῶδες.' Mox vero neque, experientia neque rei natura convulsionem praedictis consequentem esse, pronunciare se posse affirmat.

(109) Haec sententia cum praecedente cohaeret apud GALENUM, qui tamen monet nonnullos illas separare; pro ὑπάφωνον ὑπόφοβον scribi quibusdam refert; subabsurdum rigorem una cum crisi intelligit FOËSIUS: crisis nimirum sequela videtur solutionis spasmorum et motuum inordinatorum tempore cruditatis ortorum, adeo ut rigor a crisi sit quam alienissimus: rigor quem criticum vocant in febre ardente, ante ipsam crisin incidit, hîc vero habemus ῥῖγος ἅμα κρίσει.

PRORRHETICA.	COACAE.
καὶ τὰ ἐς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα (110).
110. Οὔρου ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεσι, οἷον καὶ αὐτὴ φρίξασα ἐφίδρωσεν (111).	29. Οἷσι ῥῖγος, οὔρου ἐπίστασις.
111. Αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι καθάρσιες ἐν πᾶσι παροξυντικαί. τούτοισι δὲ καὶ πάνυ ἐκ τοιούτων καὶ τὰ παρ' οὓς ἐξίστανται (112).	613. *Initio.* Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ. ἐκ τοιούτων τὰ παρ' οὓς ἀνίστανται.
112. Αἱ ταραχώδεες θρασύταται ἐπεγέρσιες σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρῶτος.	83. Αἱ ταραχώδεες θρασύτητι ἐγέρσιες παράφοροι, πονηρὸν καὶ σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρώτων· σπασμώδεες δὲ καὶ τραχήλου καὶ μεταφρένου δοκέουσι ψύξιες, ἀτὰρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος, ἐν τούτοισιν ὑμενώδεες οὐρήσιες.
113. Καὶ αἱ τραχήλου καὶ αἱ μεταφρένου καταψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος ἐν τούτοισι, καὶ ἀφρώδεες οὐρήσιες ἅμα ἀψυχίῃ, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις σπασμὸν ἐγγὺς σημαίνει (113).	263. Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος σπασμώδεες, ἐν τουτέοισι κριμνώδεες οὐρήσιες.
226. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ σπασμῶδες συντόμως.
114. Πήχεος ἀλγήματα μετὰ τραχήλου σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα, ἦχοι συχνοὶ σιελίζοντες. ἐν τούτοισι ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἆρά γε	270. Τραχήλου καὶ πηχέων ἀλγήματα, σπασμώδεα, ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα.
271. Ὠχροὶ, ἰσχνοὶ πτυαλίζοντες, ἐν

(110) Coaca mutilata est et diminute de Prorrhetico desumta. Habemus iterum fragmentum historiae morbi, in qua inflammatoriam esse dixeris intestinorum conditionem.

(111) Dilucidiorem sententiam fore, si legamus: οὔρου ἐπίστασις οἷσι ῥίγεα καὶ ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεα, GALENUS auctor est. Mentionem factam videmus hoc loco foeminae cujusdam, cujus nomen tamen non est adscriptum.

(112) Cum hisce conf. Prorrh. 50. cum iis, quae ibi adnotavimus.

(113) Sudor initio memoratus in his sententiis symptomaticus et ferocia illa phreniticorum sunt. De frigore spasmi praenuntio vide Prorrh. 67. in adnotatis. Lectionis Coacae 263. δοκέουσαι mentionem facit etiam GALENUS. Coaca 582. urina membranacea convulsiones praenunciare dicitur et Coaca 586. damnatur etiam κριμνώδης. De oculorum amaurosi jam in praecedentibus saepius locuti sunt.

PRORRHETICA.

καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖς πλείστοις οὐ πονηρὸν; οἱ εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι τούτοισιν εὔφοροι (114).

115. Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, σπασμώδεες (115).

116. Τὰ ὑποψάθυρα ὑγρὰ διαχωρήματα περιψύχοντα οὐκ ἀπύρως φλαῦρα. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἆρα τὸ κωματῶδες τούτοισιν ἔχει τι σπασμῶδες; οὐκ ἂν θαυμάσαιμι (116).

117. Τὰ ἐν ὀξέσι ἐμετωδέως ἑλκόμενα φλαῦρα καὶ αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες δύσκολοι. ἄγλισχρα ἐκ τούτων διεξελθόντα ἐξίστανται καύματι πολλῷ. οἱ ἐκ τούτων κωματώδεες νωθροὶ ἀπογίνονται. τὰ ἐκ τοιούτων μακροτέρως ἐπινοσέει. ἆρα περὶ κρίσιν οὗτοι ξηρώδεες δύσπνοοι (117);

COACAE.

τουτέοισιν ἐν ὕπνοισιν ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἦρά γε καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖσι πλείστοισιν οὐ πονηρόν; οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν εὔφορα.

154. Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες κεφαλαλγέες κοιλίην ἀπολελαμμένοι σπασμώδεες.

610. Ἔνυγρον ὑποψάφαρον διαχώρημα, περιψυχόμενον μὴ ἀπύρῳ φλαῦρον. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνει. ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι κακόν. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἀδιψήσει.

(114) Ἀπὸ προσώπου omnes intellexisse ἀπὸ κεφαλῆς (Prorrh. 104.), monet GALENUS, qui ἦχοι συχνοὶ quoque retinendum existimat, neque legendum esse ὠχροὶ ἰσχνοὶ affirmat. Quae de sudoribus dicuntur, haud facilia sunt intellectu. Symptomata satis confusa videntur, et totus locus antiquitatem omnino redolet. Dolores ad partes inferiores hic iterum a cerebro revellendo prosunt, veram metastasin non semel indicant.

(115) Convulsiones erunt a nimia repletione, ut videtur, nec tamen necesse est ut his symptomatibus succedant; ἐφίδρωσις saepe a congestione ad superiora pendet.

(116) Ψαθυρὰ carnes aliquamdiu aëri expositas, hinc laxiores factas appellari, monet GALENUS, unde FOËSII versio: *quae inter se non cohaerent, sed facile dissolvuntur et aliquantulum friabilia sunt alvi recrementa; τὰ ὑποψάφαρα* eandem habent significationem. Videmus Coacam posterioris esse temporis, quam Prorrheticum: illa namque eum alia excrementorum specie continet eam, quam in Prorrhetico memoratam habemus, ipsaque in collectionem praesagiorum ex alvi depositione recepta est; dum Prorrh. historiam aegrotantis continere videtur, in qua observatio hujus generis facta fuerit, unde dubia, quae in Coaca reticentur.

(117) Ieterum hoc loco habemus, cui torporem supervenire, malum est signum. Est et haec sententia omnino fragmentum historiae morbi. — Τὰ ἐμετωδέως ἑλκόμενα indicare videntur vomitus illos inanes, seu conamina ad vomitum absque eo ut aliquid excernatur.

PRORRHETICA. COACAE.

118. *Τά ἐξ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα καὶ παραλύσαντα παραπληκτικὸν τρόπον σπασμώδεα παρακρουστικά. ἆρά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμῷ; ἐκ τουτέων ποικίλως διανοσέουσι, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες* (118).

313. *Τά ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα παρακρουστικά. ἆρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νουσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.*

119. *Οἱ ἐν ὑστερικαῖσιν ἀπύρως σπασμοὶ εὐχερεῖς οἷον καὶ Δορκάδι* (119).

349. *Οἱ ἐν ὑστερικοῖσιν ἄπειροι σπασμοὶ εὐχερεῖς.*

554. *Οἱ ἐν ὑστερικῇσι ἀπύροισι σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον καὶ Δορκάδι.*

120. *Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκωδέως ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον* (120);

588. *Κύστις ἀποληφθεῖσα ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα ὀλέθρια. ἆρά τι καὶ παρακρούουσι.*

121. *Ἆρά γε καὶ περὶ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν ἐπικαλέονται; ἢ τὸ μεθύοντα πληγῆναι, ἢ τὸ ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇσι, εἰ τοῦτο ποιεῖ σπασμώδεα* (121).

188. *In fine. Ἦρα αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαῤῥαγαὶ σπασμώδεες.*

498. *Ὁκόσοισι κρόταφος τάμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίνεται.*

(118) Ad ultimam hujus praesagii partem, quam ita legerim uti in Prorrhetico scripta invenitur, non quemadmodum in Coaca occurrit, haec narrat GALENUS: »Nempe et semel ego quemdam, »qui ita affectus erat, permutationemque varie sese mutuo excipientium symptomatum habebat, »vidi. Fiebant autem et illi haec, praegressis lumborum collique et capitis doloribus; post »quos manus tota aegre tum sentiebat, tum movebatur, sicuti et in dictione dictum est, para- »plectico modo, quum non esset exacta paraplegia; mox superveniens convulsio sensiliorem »eam atque ad motiones expeditiorem fecit; placata autem convulsione sensim rursum deterior »reddebatur; deinde rursus tum lumborum, tum colli, tum capitis dolore correptus universam »subitamque habebat paraplegiae in manu adauctionem; atque rursus postea non parum con- »vellebatur.''

(119) Istiusmodi sententias legens incidi in opinionem, has sententias fortasse magnam partem primis temporibus traditione cum posteris communicatas esse, qui deinde exemplis confirmatas literis mandaverint, et post temporis intervallum exempla iterum omiserint, confirmatâ prorsus earum auctoritate.

(120) Habemus symptomata, ut videntur, a plethora vires opprimente repetenda; verbum *παρακρούειν* pluribus locis aliquam mentis alienationem leviorem indicare dixerim, *τοῦ ἐκμαίνεσθαι* certe minus gravem.

(121) Ex singulari casu ducta videtur haec sententia aegrotantis, »cui, quum tria evenerint,'' inquit

PRORRHETICA.	COACAE.
122. Ἐν ἱδρῶτι πτύελα παραῤῥέοντα πυρετώδει ἐόντι, ἀήθεα ἆρά γε τουτέοισιν ἐπί τινας ἡμέρας κοιλίαι καθυγραίνονται; οἶμαι. ἆρά γε τουτέοισιν εἰς ἄρθρον ἀπόστημα ἔσεσθαι (122).	350. Τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶντι πτύελα παραῤῥέοντα πυρετώδει ἐόντι εὐήθεα. τούτοισι ἐπεὶ κοιλίαι τι καθυγραίνονται, τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσονται.
123. Τὰ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούοντα, μελαγχολικά. ἢν δὲ ἀπὸ γυναικείων ᾖ, θηριώδεα. ἐπὶ πλείω δὲ ταῦτα συμπίπτει. ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὗται; οἷον τῇ τοῦ σκυτέως θυγατρί. ἤρξατο γυναικείων παρεόντων (123).	155. Αἱ ἐπ ὀλίγον θρασέως παρακρούσιες καὶ θηριώδη καὶ σπασμὸν σημαίνουσι.
124. Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσιν ἀτενέως, οὔτε παρ' ἑωϋτοῖσιν εἰσὶν, διανοσέουσί τε μακροτέρως (124).	351. Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπάνουσιν ἀτενέες, οὔτε παρ' ἑωϋτοῖσιν εἰσὶ, διανοσέουσί τε μακροτέρως.
125. Τὰ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέοντα κακὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέειν, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως, ἐφιδρῶντι δὲ κάκιον (125).	327. Τὸ ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγέειν πονηρὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. κατὰ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.
126. Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν περιψυχόμενα, κακοήθεα, μοχθηρά (126).	40. Τὰ δὲ ἐκ ῥινῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι περιψύχοντα κακόν.

GALENUS, »unum quidem ossis temporalis discissio, alterum quod temulento id factum sit, »tertium vero sanguinis eruptio; inquirit, a quonam horum sit orta convulsio.''

(122) Monet FOËSIUS ad Coacam hancce, τὰ σπασμώδεα πτύελα ab HIPPOCRATIS oeconomia esse aliena et ex Prorrh. 121. fine huc translata; qua de re loquitur et GALENUS, qui ἀνιδρωτὶ nonnullos scripsisse monet, et ἀήθεα per εὔτροπα exponit. Jam vero sputorum fluxus tumorem parotidis emollire valet interdum (vide Prorrh. 167.); atque ita quidem morbus deinceps non per abscessum ad aures, sed per alvum liquidam, vel et per abscessum ad articulos critice terminari poterit.

(123) Vide § superiori. Coaca posteriori tempore nata esse videtur quam Prorrhet.; etenim inductio facta latius patet, et affirmatur spasmi significatio. In Prorrh. menstrui fluxus retentio spectatur.

(124) Oculos illos de phreniticis accipit FOËSIUS; quid vero diuturniorem morbum indicet, non videre sese refert GALENUS, dum acutior fere morbus significatur. GRÜNER, *Bibl. der alten Aerzte* I. p. 703. sic vertit: »Wenn in Zuckungen die Augen unbeweglich sind und glän»zen, so haben die Kranken ihren Verstand nicht und leben (nicht mehr) lange.''

(125) Accuratam haec rursus testantur naturae moliminum observationem. Saepius sese id vidisse testatur GALENUS; V. S. igitur in eodem latere, quo malum sedeat, instituenda.

(126) Nimiam evacuationem indicant haec symptomata, unde summa debilitas.

PRORRHETICA.

127. *Μεθ' αἱμοῤῥαγίαν μελάνων δίοδος, κακόν. πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα, εἰ δὲ ἆρά γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱμοῤῥαγέει, κωματώδεες; ἐκ τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. ἆρα μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης* (127);

128. *Τὰ αἱμοῤῥαγέοντα ἐφιδροῦντα τρώματα κακοήθεα. οὗτοι διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσιν* (128).

129. *Ἡ μεθ' αἱμοῤῥαγίαν βραχεῖαν καὶ μελάνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις ἐν τούτοισιν ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει* (129).

130. *Ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα σημεῖα αἱμοῤῥαγώδεα. οἶμαι δὲ καὶ προγεγενημένον σημεῖον* (130).

131. *Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμοῤῥαγέοντα διψώδεα δύσκολα ἐκλυόμενα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ* (131).

COACAE.

342. *Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα κακοήθεα.*

330. *Μεθ' αἱμοῤῥαγίην μελάνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμοῤῥαγίαι, κωματώδεες ἐκ τοιούτων σπασθέντες, θνήσκουσι μελάνων προδιελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.*

328. *Τὰ αἱμοῤῥαγεῦντα, ἐπιῤῥιγοῦντα τρώματα κακοήθεα, διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσι.*

331. *Μεθ' αἱμοῤῥοίας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξεῖ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον, κώφωσις δὲ λύει.*

312. *Ἐν ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα, ἢ καὶ προγεγενημένα.*

345. *Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμοῤῥοώδεα διψώδεα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.*

(127) Recentiorem esse dixerim Prorrhetico nostram Coacam; quartum diem damnatum iterum cernimus. An melaena hic spectatur?

(128) Nimia depletio accusanda.

(129) Surditas a congestione ad caput oriunda hîc significatur, et alternantes habemus surditatem et haematocatharsin utroque loco. — SPRENGEL. Apol. p. 317. Tom. I. ad Aph. 28. Sect. IV. monet: »Merkwürdig aber ist die Vorsicht des Verfassers, der nicht jeden Bauchfluss als »kritisch und gut bei der Taubheit ansieht, sondern bloss den gallichten, indem er wohl »wusste, dass bei denen, deren Eingeweide in Eiterung übergegangen sind, sich oft auch Taub- »heit einstellt, die aber durch blutige, dan schwarze Stuhlgänge, und endlich mit dem Tode »sich endigt.''

(130) Prior pars prius quoque verosimiliter exstitit: deinde huic subjuncta suspicio, num signum esse possit haemorroïdum, quae mox adfuerunt: in Coaca vero, quae recentior iterum videtur, affirmat omnino auctor symptomata illa haemorrhoïdum praegressarum esse signa.

(131) An sitis hîc nexu aliquo cum epilepsiae paroxysmo instante tenetur? Pendet forsitan a spasmis internis, convulsionibus peripheriae dein solvendis.

PRORRHETICA.

132. *Τὰ εὐθὺ ταραχώδεα ἄγρυπνα, ἀποστάξαντα, ἑκταῖα κουφισθέντα, νύκτα πονήσαντα, εἰς τὴν αὔριον ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα αἱμοῤῥαγήσει λαύρως. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει* (132);

133. *Οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους, προεληλυθότος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπανθῇ* (133).

134. *Ἐν κρισίμοις περιψύξεσι, τῶν αἱμοῤῥαγίων αἱ νεανικαὶ κάκισται* (134).

135. *Οἱ καρηβαρικοὶ κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι αἱμοῤῥαγικοὶ, ἄλλως τε καὶ ἤν τι ἐν τραχήλῳ ἐντείνει* (135).

136. *Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμοῤῥαγεῖ, ἄλλως τε καὶ ἢν μή τι προεῤῥύῃ, ἆρά γε φρίξαντα* (136);

137. *Τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα αἱμοῤῥαγικά* (137).

COACAE.

87. *Τὰ εὐθὺ ταραχώδεα ἄγρυπνα, ἐπιστάζοντα ἐκ ῥινῶν, ἑκταῖα κουφισθέντα νύκτα, πονήσαντα δὲ ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα, αἱμοῤῥοεῖ λαύρως καὶ λύει τὰ πάθεα. τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιαῦτα σημαίνει.*

332. *Οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους προϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει.*

326. *Αἱ ἐν κρισίμοισι ἐκ τῶν αἱμοῤῥαγίων περιψύξιες νεανικαὶ, κάκισται.*

168. *Οἱ καρηβαρικοὶ κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι αἱμοῤῥαγέουσιν, ἄλλως τε καὶ ἤν τις ἐς τράχηλον συντείνῃ.*

111. *Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμοῤῥοέει, ἄλλως τε καὶ ἤν τι προεῤῥυήκῃ. ἦρά γε καὶ μεταφρίξαντες οἱ ἐπ' ὀλίγον περιψύχοντες;*

184. *Τὰ ἐξαίφνης παρακρούσαντα ἀλυσμῷ αἱμοῤῥαγικά.*

166. *Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθρον αἱμοῤῥοέει.*

(132) Est iterum plane fragmentum historiae morbi; tenuis cruda urina ante crisin potest observata esse, quae in Coaca tanquam indicium futurae haemorrhagiae commemoratur.

(133) Si quidem cocta fuisset urina, criticae quoque fuissent haemorrhagiae. Num quid transscriptoris errore ex praecedenti Prorrh. huic Coacae adjuncta sint verba: *ἆράγε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει·* Conf. infra Aph. 27. Sect. IV.

(134) Facilius expressum est hoc praesagium iu Coaca.

(135) Symptomata sunt congestionis ad caput; GALENUS: *αἱμοῤῥαγοῦσι μὲν,* inquit, *καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας συνδρομὰς, οὐ μὴν πολλοί γε.*

(136) Videmus ex hisce, quantopere naturae rebus gestis attentionem praebuerint: hae sententiae etiam summam redolent antiquitatem.

(137) Coacam hanc adposuimus, non quia omnino cum Prorrhetico convenit, sed quoniam oculorum rubor, signum secundum GALENUM in hoc praesagio summi momenti, ibi etiam legitur. Ex GALENI sententia symptomatibus in Prorrh. memoratis saepe succedet haemorrhagia.

PRORRHETICA.

138. *Οἷσι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμοῤῥαγέει, καὶ ἐπιῤῥιγέει, ἆρα κοιλίη λειεντεριώδης, καὶ ἐπίσκληρος, ἢ ἀσκάριδες, ἢ ἀμφότερον* (138).

139. *Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν καὶ χεῖρας ναρκώδεες, καρδιαλγικοὶ, ἰχωρώδεες, αἱμοῤῥαγέουσι λάβρως, καὶ κοιλίη δὲ καταῤῥήγνυται τούτοισι ταραχώδεσιν* (139).

140. *Οἷς ἐφ' αἱμοῤῥαγίῃ λάβρως πυκνῇ μελάνων συχνῶν διαχώρησις, ἐπίτασις αἱμοῤῥαγοῦσιν, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δέ τινι ῥύσει εὔφοροι. ἆρα οὗτοι ψυχροῖς ἐφιδρῶσι πολλοῖς; τὸ ἀνατεταραγμένον ἐν τούτοισιν οὖρον οὐ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑφιστάμενον γονοειδές. ἐπίσυχνον δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν* (140).

141. *Οἷς ἂν ἀπὸ ῥινῶν ἐπικώφωσις καὶ νωθρίη μικρὰ ἡ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον, ἔμετος τούτοις συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή* (141).

COACAE.

344. *Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμοῤῥοέουσι, καὶ ἐπιῤῥιγοῦσι ἅμα τῷ αἱμοῤῥοεῖν, τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιέει, καὶ ἐπίσκληρον καὶ ἀσκαρίδας ἢ ἀμφότερα.*

308. *Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ καὶ ἠχώδεα, αἱμοῤῥαγικὰ λάβρως, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, τούτοισι καὶ γνωμαὶ ταραχώδεες ἐπὶ πολύ.*

333. *Οἷσιν ἐπὶ αἱμοῤῥαγίῃ λάβρᾳ πυκνὴ μετὰ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπιστάσης δὲ αἱμοῤῥόοι οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δέ τισι φύσησιν εὔφοροι. ἆρα οἱ τοιοῦτοι ἐφιδροῦσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ ἀνατεταραγμένον οὖρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρὸν, οὐδὲ τὸ ἐφιστάμενον γονοειδές.*

208. *Ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρίῃ ἐκ ῥινῶν ὑποστάζειν, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τούτοισι ἁρμόσει, καὶ κοιλίης ταραχή.*

334. *Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρότητι μικρὰ ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκο-*

(138) *Ἐπίσκληρος* ad ipsum retulerim ventrem, non ad excrementa: et potest morbus re vera verminosus observatus esse, a quo neque epistaxis, neque nervosa symptomata, neque digestionis turbae, neque venter durus tandem aliena. Coaca paraphrasin Prorrhetici exhibet, quae affirmative exponitur.

(139) Coacae lectio perfectior est: conf. Prorrh. 118. Hic quidem crises memorantur morbi ejusdem atque ejus, qui illic spectatur; prius dolor lumborum crisin per inferiora suspectam facit, quae dein, superioribus affectis, haemorrhagiâ narium perficitur. Pro *ἰχωρώδεες*, *χολώδεες* nonnullos legere, monet GALENUS.

(140) Sunt loca haec verosimiliter valde antiqua et ex singulari fere ducta observatione, unde inductio parum late patens et imperfecta. Utroque loco comparato, hancce notionem deducendam censuimus: melaena spectatur s. haematocatharsis, quae cum haemorrhagia narium alternat; alvo subsistente venter dolet, at vero dolor sedatur sicubi paululum fluit.

(141) Illud *ἔχει τι δύσκολον* minime placet GALENO, quum magnum indicetur malum. Coaca 334. optimam praefert lectionem.

λον. ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

142. Οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες, γυναικεῖα κατατρέχει, τράχηλος δ᾽ ἐν τούτοις ὀδυνώδης αἱμοῤῥαγικόν (142).

555. Ἧισιν ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης, γυναικεῖα κατατρέχει. τράχηλος ἐν τούτοισιν ὀδυνώδης, αἱμοῤῥαγικόν.

143. Καὶ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι ἐλπίζειν τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ τὰ ἠχώδεα αἱμοῤῥαγέει ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθήσῃ, ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν (143).

167. Τὰ σείοντα κεφαλὴν τὰ ἠχώδεα αἱμοῤῥοεῖ, ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεῖα καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθέῃ, ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά.

144. Καὶ οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ ὑποχονδρίου ἐντάσει ὑπομάκρῳ, ὀγκώδει, αἱμοῤῥαγικοὶ, φρικώδεες οὗτοι (144).

298. Οἱ κατὰ κοιλίην ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσιν. αἱμοῤῥοίη δὲ φρικώδης.

145. Ἐκ ῥινῶν λάβρα βίαια πολλὰ ῥυέντα, ἕτοιμον εἰς σπασμοὺς προσάγεται, φλεβοτομία λύει (145).

336. Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀποληφθέντα ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται, φλεβοτομίη λύει.

146. Αἱ πυκναὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες ὑπόξανθοι, γλισχραὶ, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μεθ᾽ ὑποχονδρίου ἀλγήματος, καὶ πλευροῦ, ἰκτεριώδεες, ἆρα δὲ ἐπιστάντων αὐτῶν οὗτοι ἐκλύονται; οἶμαί γε καὶ αἱμοῤῥαγέει, τούτοις τάσις ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμοῤῥαγικά (146).

621. Αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπόγλισχροι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα, μεθ᾽ ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος, ἰκτερώδεες. ἆρα ἐπιστάντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται; οἶμαι δὲ καὶ αἱμοῤῥοεῖν τούτους, τὰ δ᾽ ἐς ὀσφῦν ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμοῤῥοοῦσιν αἷμα διαχωρέει λαμπρόν. μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης, τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι ὀλέθριον.

(142) Admodum frequens est in his praesagiis plethorae topicae signum ex dolore cervicis.

(143) *Τὰ σείοντα κεφαλὴν* de venarum temporalium pulsatione accipit GALENUS; GRÜNERUS *Bibliothek der alten Aertze* I. p. 716. vertit: »wenn die Schlafadern stark schlagen.''

(144) Incertum esse dicit GALENUS, de quonam symptomate dictum sit *παλμοί;* omnes tamen de pulsatione accipiunt; sublongam tensionem a musculis rectis oriri refert, vel a lienis sublonga phlegmone, de qua fortasse hic omnino est intelligenda: pulsatio illa a circulationis abdominalis incitatione tunc videtur explicanda.

(145) Prorrhetici lectio ex Coaca corrigenda videtur, licet, sic servatâ, concedere oporteat V. S. revellendo haemorrhagiam solvere posse. In Coaca pulcerrimam habemus naturae imitationem, ex quo fonte artem duxisse videntur Sacerdotes Coi.

(146) Habemus iterum historiam morbi, in qua hepatitis observata fuit. *Ἐκλύονται* pro *ἐκχλοιοῦνται*

PRORRHETICA.

147. Ὑποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσεως, καὶ τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα αἱμοῤῥαγικά (147).

148. Ἑνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολαι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπίσταξις (148).

149. Τὰ ἐν φρίκῃσιν ἅμα ἱδρώσαντα κρισίμως, εἰς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα, παραλόγως ἀγρυπνέοντα, αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι (149).

150. Οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥαγίαι λάβραι, ῥῖγος ἵστησιν ῥύσιν. (150).

151. Ἐξ αἱμοῤῥαγίας ῥίγεα μακρά (151).

152. Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι, καὶ ὅλου δέ τις ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμοῤῥαγικὰ λύουσιν. ἀτὰρ καὶ χρόνῳ οὕτω λύονται (152).

COACAE.

195. Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης καὶ ὑποχονδρίου ἐντάσιος, καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν αἱμοῤῥοεῖ.

337. Αἱ ἑνδεκαταῖαι στάξιες δύσκολοι, ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

24. Τὰ φρικώσαντα καὶ ἀνιδρώσαντα κρισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα παραλόγως, μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαινόμενον, αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι.

170. Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος καὶ ὅλου δέ τις ἀκρατίη τρομώδης, αἱμοῤῥαγίη λύει, ἀτὰρ καὶ οὕτω χρόνῳ λύονται. αἱ δὲ κύστιες ἐν τουτέῳ λαμβάνονται.

legitur etiam Prorrh. 154. cum Coaca adposita: et Prorrh. 156. ἐκλύονται quoque legimus, dum in Coaca adscripta verba χολώδεες γίνονται ponuntur.

(147) Hic congestionis ad caput signa maxime manifesta collecta legimus.

(148) Ad Coacam, quae perfectiorem continet lectionem, ita FOËSIUS: »In universum in HIPPOCRATIS »doctrina sanguinis stillationes multis decretis configuntur, non eae modo, quae undecimo die »contingunt, id tamen praesertim, si diebus criticis apparent. Quodsi diebus indicibus nares »stillare coeperint, ac postea diebus judicatoriis stillatio repetierit, inter pessima signa, non »δύσκολα tantum reponendum, cum fractum et irritum naturae conamen significet.''

(149) Monet FOËSIUS ad hoc Prorrh. exemplaria omnia scripta et edita legere τὰ πεπαινόμενα αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι; hinc verosimiliter vitiata Coacae lectio: coctionis signis nimirum apparentibus, crisis instat per haemorrhagiam.

(150) Rigor hic quidem nimiae evacuationis indicium erit et remedium naturale.

(151) Si quidem rigor naturae deficientis est indicium, non miramur post insignem evacuationem eum diu perstare.

(152) GALENUS ad hunc locum πολλὰς, inquit, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ παντὶ συνδρομὰς ἐφεξῆς ἀλλήλων ἔγραψε, καὶ μὴ δυνάμενος ἐν ὀλίγῳ περιγράψαι τὴν καθόλου μέθοδον ἐπὶ τῶν αἱμοῤῥαγησάντων. Nimirum ex artis infantia ea, qua hacc pracsagia litteris mandata sunt, actate id repetendum est, et magnum in eo habemus argumentum, quo horum librorum antiquitatem probemus. Pulcerrimam et naturae voce editam prognosin hic invenimus: additamentum in Coaca de spasmo, urinae excretionem praepediente, recentioris est temporis, quam quo primum natum est hoc effatum.

PRORRHETICA.

153. *Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα. καὶ τὸ παραψύχεσθαι ὧδε, πονηρόν* (153).

154. *Τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα οἷσι λύγγες κοιλίη καταῤῥήγνυνται, ἴσως καὶ ἐπίστασις, οὗτοι ἐκλύονται. ἆρα τούτοισι τὰ παρὰ τὰ ὦτα* (154).

155. *Τὰ ἐπισχήμενα μετὰ ῥίγεος οὖρα πονηρὰ, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντα, τὰ παρ' οὖς ἆρα τούτοισιν ἐλπίς* (155).

156. *Ἐκ στροφώδους ὑπόστασις ἰλυώδης, ὑποπέλιος, κακή. ἆρά γε ἐκ τῶν ὑποχονδρίων ὀδυνᾶται, δοκέω δὲ δέξιον; ἐκλύονται. ἆρα τὰ παρ' ὦτα τοιούτοισιν ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγῳ; κοιλίη καταῤῥαγεῖσα τούτοισιν ἐν ἅπασιν ὀλέθριον* (156).

COACAE.

205. *Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε, πονηρόν.*

587. *Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρον. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε, πονηρόν.*

490. *Τὰ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ τι αἰσθανόμενα, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις. οὗτοι ἐκχλοιοῦνται.*

25. *Τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα πονηρὰ καὶ σπασμώδεα, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι. ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα.*

578. *Κινδυνῶδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες . . . . . . καὶ τὸ ἐκ τροφιώδεος ὑπόστασιν ἴσχον ὑποπέλιον, ἰλυώδεα. ἆρα ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται; δοκέω δέξιον. ἢ καὶ χολώδεες γίνονται, καὶ τὰ παρ' οὖς ὀδυνώδεες. τούτοισιν ἐπὶ βραχὺ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα ὀλέθριον.*

(153) *Ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα* de signis coctionis in urina brevi tempore perstantibus et mox evanescentibus intelligit GALENUS, ita ut totus locus de judicatoriis non judicantibus accipi debeat.

(154) Quaestio de parotidibus posterius videtur addita, ac vix exspectandos esse hos abscessus, refert GALENUS: stuporem in his videmus ex ictero.

(155) In Coaca in affirmationem mutatum legimus, quod dubitanter iu Prorrh. fine profertur. Urinae retentio ad morbi cruditatem pertinet, et sopor a congestione ad caput oriundus futuram crisin per abscessus ad aures poterit significare.

(156) Ad verbum *στροφώδους* animadvertit GALENUS sese in omnibus exemplaribus, praeterquam in illis DIOSCORIDIS et CAPITONIS ita legisse, sed hos *ἐκ στροφωδέων* scripsisse, ac de urinis intellexisse, non de alvi recremento. *Αὐτὸς μὲν οὖν ὁ Διοσκορίδης* (ita GALENUS) *τὰ στροφώδεα οὖρα λέγεσθαί φησι τὰ ἔχοντά τινα ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα πεπηγότα παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι, ὅ ἐστι πηγνῦσθαι, γεγονότος τοῦ ὀνόματος.* Atque revera de urinis accipiendum esse, ex Coaca patere videtur, tum etiam ex eo, quod in praecedenti sententia de urinis sit sermo: melior vero Coacae lectio *τροφιώδεος*. — Habemus in his sententiis iterum inductiones imperfectas.

PRORRHETICA.	COACAE.
157. Ἔν τισιν ἀσώδεσιν ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα (157).	563. Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις τὰ παρ' οὖς μάλιστα.
158. Ἐπὶ εἰλεοῖσι δυσώδεσι πυρετῷ ὀξεῖ ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονιωτέρῳ τὰ παρ' οὖς ἐπανθέντα κτείνει (158).	292. Ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ καὶ κοιλίῃ δυσώδει παρ' οὖς ἀπόστημα κτείνει.
159. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικῶς τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι ἐπιγένηται, καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ἐπὶ τουτοισι μᾶλλον (159).	209. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι γένηται, ἀτὰρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ἐπὶ τουτέοισι καὶ μᾶλλόν τι τὰ παρ' ὦτα.
160. Τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι παραπληγικοῖς (160).	202. Τὰ παρ' οὖς φαῦλα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.
161. Τὰ σπασμώδη τρόπον παροξυνόμενα κατόχως, τὰ παρ' οὖς ἀνίστησιν (161).	104. Τὰ παροξυνόμενα τρόπον σπασμώδεα κατόχα. 352. Τὰ σπασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κατόχως τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.
162. Τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀσῶδες, κατόχως μικρὰ παρ' οὖς ἐπιπαροξυνόμενα (162).	353. Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα σπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρευομένης.
163. Ἆρά γε εἰσὶ τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοί; ἆρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω, εἶτα καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυνται καί τι κωματῶδες; ἆρά γε καὶ ὑδατώδεα οὖρα ἐναι-	203. Τὰ παρ' οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυοῦντα θανάσιμον. κοιλίαι δὲ τοῖσι τουτέοισι τάχα φέρονται. ἦρά γε οἷσι τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοῖσιν; ἦρά τι ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω;

(157) De his abscessuum ad aures praesagiis idem animadvertit GALENUS, quod de haemorrhagiarum praesensione ad Prorrh. 152.; nos eadem hîc quoque respondemus. Cruditas morbi praecedit hos abscessus, quo tempore agrypnia eet.: hinc agrypniam et incontinentem illam corporis jactationem eorum fere caussam habebant.

(158) Hic iterum mancam omnino cernimus aetiologiam; nimirum abscessus hi non sufficiunt morbo tanto tollendo, mors hos sequitur, atque adeo abscessus ad aures mortis caussam habebant.

(159) Symptomata, quae parotidum abscessus praenunciare dicuntur, ad morbi cruditatem in genere, tum etiam ad congestiones ad caput pertinent.

(160) Minores esse hos abscessus morbo tollendo, neque a superioribus illos derivare, monet GALENUS.

(161) Videtur praesagium Coacae 104. diminute scriptum esse; forsitan tamen prius exstitit, et dein subjuncta est parotidum praesensio.

(162) In Prorrhetico novus paroxysmus praedicitur, in Coaca vero modum, quo ingreditur, depictum legimus. GALENUS refert sese laudare illos, qui in exemplaribus suis sententiam hanc non scripserunt; ita ut supposititium esse locum credere videatur.

PRORRHETICA.	COACAE.
ωρεύμενα λευκοῖς, καὶ ποικίλως ἔκλευκα, δυσώδεα ποιέει τὰ παρ' οὖς; ἆρά γε εἰσὶ τὰ τοιαῦτα οὖρα στάξιες πυκναὶ; ἆρά γε καὶ γλῶσσα τούτοις λείη (163);	*ἦρά τι καὶ ἐπιῤῥιγέουσιν; ἦρά γε αἱ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, καί τι καὶ κωματώδεες, ἆρα καὶ τὸ ὑδατῶδες οὖρον ἐναιωρεύμενον λευκοῖσι, καὶ τὰ ὑποποίκιλα, ἔκλευκα, δυσωδέα.*
164. *Οἷσι πνευματουμένοισιν ἐοῦσιν ἴκτεροι, καὶ πυρετοὶ ὀξέες μεθ' ὑποχονδρίων σκληρῶν κατεψῦχθαι, εἰ τὰ παρ' ὦτα μεγάλα ἵστανται* (164).	107. *Τοῖσι πνευματίοισιν ἐοῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξὺς, μετὰ ὑποχονδρίου ξυντόνου καταψυχθεῖσι, παρ' οὖς μέγα ἔπαρμα.*
165. *Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχόνδρια ὀδυνώδεα, ἐμετώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπανίστανται, πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ πρόσωπον* (165).	183. *Κωματώδεες, ἀσώδεες, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες, τὰ παρ' οὖς ἴσχουσι. πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἐπάρματα μετὰ κώματος.*
166. *Κοιλίης μέλανα κοπρώδεα διείσης, κῶμα ἐπιφανὲν, τὸ παρ' οὖς ἀνίστησιν* (166).	626. *Ἐπὶ κοιλίην χολώδη μαλθακὴν κοπρώδη, καύματα ἐπιφανέντα παρ' οὖς ἔπαρμα ποιέει.*
167. *Βήχεα μετὰ πτυελισμοῦ ὄντα τὰ παρ' οὖς ἀπαλλάσσει* (167).	204. *Τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βήχεα μετὰ πτυελισμοῦ ἴοντα.*
168. *Ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ' οὖς τι ἐξερεύγεται.*	
169. *Ὑποχονδρίου σύντασις μετὰ κώμα-*	289. *Ὑποχονδρίων σύντασις μετὰ κώμα-*

(163) Est quodammodo diversa GALENI lectio hujus loci: *Ἆρά γέ εἰσι τὰ πρῶτα κεφαλαλγικοί; ἆρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω καὶ ἐπιῤῥιγοῦσιν; εἶτα καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται καί τι κωματῶδες; ἆρά γε καὶ ὑδατώδεα οὖρα ἐναιωρεύμενα λευκοῖς καὶ ποικίλως ἔκλευκα δυσώδεά πως, εἶτα παρ' οὖς; ἆρά γέ εἰσι τὰ αὐτὰ οὖρα στάξιες πυκναί; ἆρά γε καὶ γλῶσσα τούτοις λείη;* Hanc sententiam, si cum Coaca 203. et Prorrh. hocce conferamus, haud absurdum videatur ipsi Coacae initium praefigere: quo facto melius intelligetur praesagium, neque adeo temere tamen nos agere existimamus.

(164) In Coaca meliorem profecto habemus lectionem. GALENUS *πνευματουμένους* vocat illos, quibus frequens est respiratio et magna.

(165) Soporem magnum futurarum parotidum indicium habet GALENUS, et *τὰ περὶ πρόσωπον* de facici tumore praeter naturam accipit, quemadmodum etiam Coaca fert.

(166) In Coaca *καύματα* vitiose pro *κῶμα* secundum FOËSIUM. Memorat etiam GALENUS lectionem: *μέλανα, κοπρώδεα, χολώδεα*, quam tamen rejicit.

(167) Credo hoc intelligendum esse ex metastasi ad pulmones, unde, inflammatione in his partibus procreatâ, tussis provocatur et sputorum excretio.

PRORRHETICA.	COACAE.
τος ἀσώδους καὶ κεφαλαλγίης τὰ παρ᾽ οὖς ἐπαίρει.	*τος ἀσώδεος, κεφαλαλγικῷ τὰ παρ᾽ οὖς ἐπαίρει.*
170. *Τὰ ἐπώδυνα, παρ᾽ οὖς ἀκρίτως καταμωλυνθέντα, φλαῦρα* (168).	

§ 4.

Comparato hac ratione Prorrhetico cum Praenotionibus, non dubitamus utrique libro eandem tribuere originem. Nunc vero hac § perbreviter contenta persequamur; ut tandem paucas animadversiones, et corollaria quaedam universam Asclepiadarum artem spectantia subjungamus.

Invenimus in Praenotionibus, quas et Prorrhetici sententias fere omnes continere vidimus, primo universalem quamdam, in omnibus morbis significationem habentem prognosin, quam variis symptomatibus superstruxerant. Haec autem signa petebant ex facie, oculis, lingua, voce, auditu, ex hypochondriis, abdomine, ex universo omnino corporis habitu, somno, respiratione, excretis et retentis, de quibus omnibus infra videbimus, ubi Prognosticon considerandum veniet.

Quae circa morbos singulares versantur praesagia, ea acutas inprimis spectant affectiones et chronicas nonnullas ex illis potissimum ortum trahentes.

Quam plurima praesagia ad febrium prognosin pertinent. Febres ipsas primum quidem distinxerunt in acutas (*ὀξέας*) et longas (*μακροὺς, χρονίους, πολυχρονίους*) (169).

Prae reliquis febris ardens (*καῦσος*) illis celebratur, quae vel inflammatoriae, vel interdum biliosae videtur esse naturae (170).

Lipyriae quoque mentionem fecerunt (171).

A typo dein febrium divisionem petierunt. Continuae memorantur (172), quae tamen cum continuis remittentibus confusae videntur; ex his prae aliis occurrunt *τριταιοφυέες*, quae tertio quovis die intenduntur, et periculosae ab illis haben-

(168) Conf. Prorrh. 52. cum Coaca adposita et iis, quae adnotavimus. Coaca 199. *Τὰ δὲ ὀδυνηρῶς παρ᾽ οὖς ἀνιστάμενα ὀλέθρια.*

(169) Coaca 118, 294, 594, 421, 75.

(170) De hoc morbo Coaca 137, 130, 135, 131, 132, 107, 136, 129, 133, 60, 134, 581.

(171) Coaca 120.

(172) Ibid. 32, 77, 114.

tur (173). Ex intermittentibus enumerantur vagae (πλανώδεις) (174), quartanae (175), et tertiana exacta (176); »si quibus, ajunt, aliquando febris intermi»serit, periculum abesse significatur.“ Quod tamen potissimum de remittentium in intermittentes transitu accipiendum existimo (177). Febris hecticae, licet haud ita nuncupetur, plura symptomata characteristica tradiderunt.

Febrium prognosin maximam partem hauserunt ex excretis et retentis, ex vomitu, alvo, urina, sudore, ex corporis temperatura, colore, ex convulsionibus, doloribus, vocis defectu, circa quem multa omnino versantur decreta, ex delirio, cujus mentionem frequenter admodum factam legimus.

Crises in his quam diligentissime notarunt. Morbos acutos in quatuordecim judicari diebus monuerunt (178), idque effluente ex naribus sanguine, ac sudore copioso exorto, urinaque purulenta ac vitrea affatim reddita, in qua quod subsidet laudabile sit, aut abscessu effatu digno et alvo mucosa et sanguinea dejiciente, ac derepente prorumpente, vomitionibusque non pravis sub judicationem contingentibus (179); profundi somni neque turbulenti judicii firmitatem denunciant, turbulenti vero non sine corporis offensione instabiles sunt et infirmi (180). Dierum criticorum enumerationem in his codicibus non habemus, sed eam illis tribuerunt auctoritatem, ut dixerint: »febres si alio die quam critico desierint, »recidivam metuere oportet (181).“ Inflammationes quoque inprimis tractaverunt, atque ex his phrenitidem praesertim memorant, quam tamen plerumque febrim phreniticam potius, quam veram imflammationem protopathicam fuisse dixeris (182). Ex hominum moribus immutatis, mentis laesione principio leviori, signis congestionis ad superiora, vehementiori aestu interno, ex vitae animalis incitatione ipsum praesertim praeviderunt morbum. Phrenitidem metastaticam

(173) Coaca 116, 33, 37, 305, 26.
(174) Ibid. 582.
(175) Ibid. 159.
(176) Ibid. 148, 123, 584.
(177) Ibid. 117. Conf. infra Cap. III. ad Aph. 43. Sect. IV.
(178) Ibid. 147.
(179) Ibid. 150.
(180) Ibid. 151. Somnus ille profundus naturae quies est post majorem virium intentionem ad crisin perficiendam, denotatque simul incompositos quoscumque motus esse sedatos, nullumque superesse stimulum morbosum.
(181) Ibid. 80.
(182) De hoc morbo confer Coacas 224, 213, 119, 228, 76, 179, 582, 179, quae morbi prodroma fere continent; dum morbi praesentis signa habet Coaca 213. Signa infausta inveniuntur Coaca 97, 92, 101, 102, 91, 579.

et deuteropathicam descriptam etiam reperimus, quamvis his nominibus non insigniantur (183).

Tum ophthalmiam memorant, in qua cephalalgiam diuturniorem caecitatis metum injicere referunt, dum contra alvus sponte fluens ejus remedium naturale existimatur (184).

Otitis dein venit, quam juvenibus prae caeteris periculosam esse statuerunt, et intra septimum diem cum delirio illos necare dicunt, nisi crisis superveniat (185).

Parotidum inflammationes plerumque una cum febribus observarunt, et harum partium abscessus tanquam evacuationes criticas in morbis videre illis contigit. Periculum eas significare ut plurimum perhibent iis in casibus, ubi morbo tollendo non sufficiunt. In his etiam suppurantibus ad puris qualitatem attenderunt: non suppurantes et illos tumores, qui non fundunt pus album, inodorum, suspectos habuerunt (186).

Anginae inflammatoriae duplicem distinxerunt speciem, laryngeam et pharyngeam: de quibus, uti et de earum prognosi, in Prognostico. Diversionem ad pulmones intra septem dies necare referunt, partim vero liberatos pus intro colligere, nisi pituitosa sursum educantur (187). Loquuntur et de angina paralytica a luxatione vertebrae colli (188), nec non de alia a debilitate universali, ubi dicunt: »per febres repente strangulari et devorare non posse citra tumorem, »malum est (189)."

Habemus porro pleuritidem et peripneumoniam, quibus citius interire autumant exercitationi dedita corpora et densa, quam quae sine exercitatione degunt (190). Pulmonis inflammationes, quae ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quae ab initio fiunt, securiores existimant (191). Memorant morbos laterales biliosos et sanguineos, atque affectionem ex utrisque compositam nono aut undecimo

(183) Coaca 418, 275.
(184) Ibid. 222, 223, 224.
(185) Ibid. 189.
(186) Ibid. 163, 183, 185, 209, 264, 268, 352, 563, 107, 126, 204, 205, 203, 206, 105, 202, 201, 292, 302.
(187) Ibid. 367.
(188) Ibid. 266, 278.
(189) Ibid. 277.
(190) Ibid. 398.
(191) Ibid. 397. Suspectus tamen plerisque hic locus videtur, et χαλεπώταται pro ἀσφαλέσταται multi legere malunt, quandoquidem summopere periculosa est peripneumonia pleuritidi superveniens. Vide FOËSIUM ad hunc locum.

die bona vel maxime crisi terminari perhibent (192). De signis boni et mali ominis videndum infra in Prognostico, uti etiam de vomicis.

Hepatitidem etiam commemorant et abscessus hepatis, in quibus cauterio usi sunt ad pus evacuandum, ut videtur. Pus ex hepatis ustione amurcae simile profluens lethale duxerunt (193).

Cystitidem depinxerunt acutissimam (194).

Symptomata, quibus inflammationem potissimum cognoverunt, sunt dolor et partium durities: et quemadmodum febrim fere cogitare oportet, ubi de rigore illis sermo est, ita quoque inflammationem fere spectant, ubi de dolore loquuntur.

Ex illis morbis, qui chronicorum titulo nobis celebrantur, primum videbimus de affectionibus tubi intestinalis.

Cardialgiam seniori crebro advenientem mortem repentinam denunciare perhibent (195).

Ilium memorant, in quo mali ominis esse dicunt surditatem et vomitum (196).

Diarrhoeam describunt criticam convulsiones solventem (197), colliquativam in iis qui longo tempore consumti sunt (198); perfrictionem cum sudore in diarrhoea perniciosam ducunt (199).

Dysenteria pluries in his scriptis obviam venit, quam venae in cervice pulsationem et dolorem praenunciare ferunt (200). Non longa lienosis utilis dicitur, longa vero mala (201).

Melaenam, haematemesin et haematocatharsin pluribus locis offendimus, cum infausta quidem prognosi (202).

Haemorrhoïdes frequenter observarunt; et quam pulcre ad naturae molimina artem direxerint, vel dilucide patet ex hacce observatione: »Ex venis, ajunt,

(192) Coaca 387.
(193) Ibid. 451.
(194) Ibid. 471.
(195) Ibid. 206.
(196) Ibid. 470. Vide infra, Cap. III. ad Aph. 10. Sect. VII.
(197) Ibid. 358.
(198) Ibid. 634.
(199) Ibid. 647.
(200) Ibid. 124.
(201) Ibid. 466.
(202) Vide Coacas 571, 559, 636, 637, 608, 611, 633, 33), 333, 331. Omnibus his locis fere memoratum legimus secessum materiae nigrae per alvum et vomitum, interdum spectari videtur haematemesis, haematocatharsis, interdum vero excretio materiae biliosae, valde corruptae, quae omnia rite distinguere nondum mihi contigit.

»in ano sanguinem fundere solitis aliquantum apparentibus, tenebricosae vertigi-»nes obortae, partim ac sensim factam partium resolutionem indicant, ex qua »liberat V. S. Et quidquid ejusmodi apparere soleat, mali aliquid denunciat (203).''

Jcterus ante diem septimum febribus superveniens malus existimatur, septimo vero, nono, undecimo, decimo quarto obortus, nisi hypochondria induret, criticus dicitur (204). Candicans, stercorosum alvi recrementum in morbo regio molestiam exhibet (205).

Hydrops siccus tandem memoratur, de quo morbo non convenit inter interpretes, aliis, iisque plurimis, tympanitidem, PROSPERO MARTIANO (206) vero, et secundum SPRENGELIUM (207) etiam FONSECÂ, ascitem illum esse affirmantibus (208).

Ex reliquo chronicorum genere habemus dein haemoptysin: »quicumque spu-»mantem,'' ajunt: »sanguinem exspuunt cum hypochondrii dextri dolore, ii ex »hepate exspuunt et pereunt'' (209). At vero qui spumantem sanguinem evomunt, partibus infra septum transversum dolorem non sentientibus, iis ex pulmone vomitio fit (210). Causam haemoptyseos ex pulmone in ruptione venarum positam esse crediderunt; majorem vel minorem sanguinis copiam prodeuntem, et periculum majus minusve inde pendens, ex ruptione venae nobilioris minusve nobilis repetiverunt (211). Intense autem febricitare ac tussire, aut dolere, sanguinemque recentem semper spuere, haudquaquam conducere putarunt, contraria vero horum inter bona posuerunt signa (212).

Phthisi maxime periclitari referunt aetates ab anno decimo octavo ad trigesimum quintum (213); et in natura ad tabem prompte comparatis malum denunciari, si fluxiones ad gingivas et dentes compareant (214). Signa infausta in phthisi habuerunt hypochondria in tumorem sublata, spirandi difficultatem, sputa cruda multa educere, pustularum eruptiones, veluti summa cute vellicata, aut la-

(203) Coaca 346.
(204) Ibid. 121.
(205) Ibid. 613.
(206) PROSP. MARTIANUS *magnus Hipp.* p. 285.
(207) *Apologie des Hippocrates und seiner Grundsätze* I. p. 299.
(208) Coaca 304, 424. Conf. infra Capite tertio, Aph. 11. Sect. IV.
(209) Ibid. 450.
(210) Ibid. 450.
(211) Ibid. 433. Conf. tamen, quae adnotavimus infra, ad Aph. 13. Sect. V. Cap. III. nostro.
(212) Ibid. 426, 427.
(213) Ibid. 439.
(214) Ibid. 441.

cerata, sputa igni imposita gravem nidorem redolentia; pus in aquam marinam inspuentibus fundum petere, alvi fluxum, capillos ex capite defluere (215).

Quae de hydrope monent, ea maximam partem in Prognosticon recepta sunt: caeterum febrim, urinam paucam turbidam, affectiones epilepticas pessimi ominis duxerunt in hoc morbo (216); et sponte illum curari perhibent alvo liquida, absque cruditate exorta (217). Ubi curationi cessit et recurrit, spem tollit (218). Leucophlegmaticos sanat alvi profluvium; animi abjectiones cum silentio, et ab hominibus solitudines eos fere conficiunt (219).

Inter systematis uropoietici vitia enumerant stranguriam et urinae interceptionem, quam plurimis locis spasmo fieri videmus: »at quibus tuberculum (φῦμα) »ad vesicam adnascitur, urinae difficultatem adferens, iis quivis corporis habitus »negotium facessit, cujus quidem solutio contingit per puris eruptionem" (220).

Calculos renum et vesicae quoque cognoverunt. Derepente obortum renum dolorem cum urinae suppressione calculorum aut urinae crassae mictionem indicare dicunt (221): »Quibus inferiores partes male afficiuntur, vehementibus »prius obortis pruritibus, iis urina sabulosa fit et subsistit (222). Tremores in »senioribus febricitantibus calculi per urinas emissionem fore indicant (223). »Calculosi ubi ita sese composuerunt, ut ne in urinariam fistulam illabatur cal- »culus, prompte urinam mittunt" (224).

Tabem coxariam fieri dicunt post plures recidivas, si sextum mensem superaverint (225). Nimirum frequens illis fuisse videtur febrium terminatio per abscessus metastaticos ad coxendices.

Exanthemata memorant, inter quae serpentia ulcera (τὰ ἑρπυστικά), quae ad lateris inanitatem et pubem enata, alvum male affectam denunciant (226).

Cephalalgia catarrhalis, sive rheumatica, ut videtur, carus, catochus, coma fre-

(215) Coaca 434—437, 444, 445.
(216) Ibid. 454, 456, 459.
(217) Ibid. 457, 461.
(218) Ibid. 460.
(219) Ibid. 482.
(220) Ibid. 473.
(221) Ibid. 589.
(222) Ibid. 488.
(223) Ibid. 590.
(224) Ibid. 472.
(225) Ibid. 144.
(226) Ibid. 628.

quenter ab illis observata leguntur, et febres fere stipare solent. » Qui capitis » doloribus, et aurium tinnitibus citra febrim, aut tenebricosa vertigine, et vocis » tarditate, manuumque stupore tentantur, in iis aut syderationem, aut morbum » comitialem, aut etiam oblivionem sperare convenit" (227).

In apoplecticis sudor ex magna spirandi difficultate obortus mortem adfert. In his rursus, si febris accedat, solutio contingit. Succedentes haemorrhoïdes illis prosunt, refrigerationes vero et torpores malum denunciant (228).

Utrum verae maniae mentionem fecerint in his libris, admodum dubium mihi videtur; equidem certe potius crediderim ἐκμαίνεσθαι illis dictum fuisse de delirio febrili vehementiori (229).

Epilepsiam ex sanguinis evacuationibus solitis suppressis memorant. Urinae praeter consuetudinem tenues et crudae, absque repletione (ἄνευ πλησμονῆς) in morbo comitiali obnoxiis, morbi insultum denunciant; idque praecipue si in summum humerum, aut cervicem, aut dorsum dolor aut convulsio incidat, aut torpor totum corpus occupet, aut turbulentum insomnium visum fuerit (230).

Spasmos et convulsiones hominibus, in quibus observationes suas fecerunt, frequentes fuisse apparet ex crebra, quam illarum faciunt, mentione; quod neque mirum, ubi coelum calidius, sub quo vivebant, reputamus. Convulsiones ex inanitione periculosas duxerunt; quales ex vulnere, ex copiosa sanguinis fluxione, ex sinceris vomitionibus, et immodicis medicamentorum ope purgationibus, ex epoto veratro (231). Quod ad illas, quae plethorae debentur, muliebribus profluentibus eas solvi referunt (232).

Aetatis in morbos producendos efficaciam, atque affectiones singulis aetatibus maxime proprias annotarunt. Pulmonum inflammationes, podagram, haemorrhoïdes, alia, ante pubertatem haud metuenda esse referunt. Ab anno autem decimo quarto ad quadragesimum secundum usque natura omnis generis morborum ferax est (233).

Quod ad morbos mulierum attinet, perutile duxerunt muliebria purgamenta non subsistere, ex suppressis enim comitiales morbos oriri, diuturnos alvi fluxus

(227) Coaca 161.
(228) Ibid. 478, 479.
(229) Vide Coacas 169, 196, 235, 484, 550, 561.
(230) Coaca 345, 599.
(231) Ibid. 350, 338, 556, 557.
(232) Ibid. 336.
(233) Vide Coacam 512. Conf. Cap. III. nostro Aphorismi e Sectione III.

et haemorrhoïdas (234). His, quae non pariunt, ad conceptum sanguinis vomitum prodesse perhibent (235).

Malum esse crediderunt liquorem amnii ante partum effundi (236). Uteri inflammationem celerem minari mortem existimant, ubi dicunt: » Uterinae ventris » duritates cum dolore celerem perniciem denunciant" (237).

Chirurgia Asclepiadarum circa vulnera et fracturas imprimis versabatur (238).

De capitis vulneribus, cerebri concussione, plura leguntur eaque egregia decreta: » Quibus concussum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo » lapsu, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, fereque intereunt (239). » Ex cerebri vulnere febris ut plurimum et bilis vomitus" (240). cet. —

En igitur aliquem, licet brevissimum, conspectum morborum, quorum mentionem in his scriptis factam legimus; nunc autem animadversiones nonnullas, quae partim consectariorum loco habendae sunt ex ante disputatis deductae, subjungere liceat.

I.

Felicissimo rerum eventu monumenta quaedam artis medicae ab Asclepiadis cultae nobis servata sunt in Prorrhetico primo et Praenotionibus Coacis, qui libri fragmenta videntur et excerpta ex historiis morborum et sanationum, quae olim in tabulis votivis templi Coi inveniebantur.

II.

Fuit haec sacerdotalis medicina primis temporibus Divinatio quaedam medica, quae quemadmodum ab intaminata observatione nata est, ita quoque deinceps Coörum Prognostice a theoriis et systematibus philosophantium plane abhorrebat, atque animadversione nostra dignissima censenda est, tum propter summum, quod in illa miramur, observandi studium, tum propter exquisitum illum et pulcerrimum veri et simplicis sensum.

(234) Coaca 522.
(235) Ibid. 551.
(236) Ibid. 513, 536.
(237) Ibid. 528.
(238) De locis nonnullis Asclepiadarum Chirurgiam spectantibus confer Capite nostro III. Aphorismorum Sectionem VI. et VII.
(239) Coaca 499.
(240) Ibid. 477.

III.

Originem horum praesagiorum ex observationibus singularibus sensim sensimque collectis continuo tenere oportet, ut veram hujus Semiotices prognosticae habeamus intelligentiam. Hinc enim tot dubia proposita intelligimus et incerta multa et vaga effata, et imperfectam illam aetiologiam, qua caussas cum effectibus, et hos vicissim cum illis confuderunt.

IV.

Origo haec et antiquitas horum scriptorum legentibus ob oculos versetur inprimis etiam necesse est, ut aequum ferant de Asclepiadarum in artem meritis judicium. Quaccumque ex eorum operibus nobis servata gaudemus, ea omnia artis infantiam testantur; imperfecta sunt plurima, nec raro in veritate quaerenda palpantes illos videmus et incerto gressu procedentes, tanquam homines in tenebris circumeuntes: at vero methodus, quam adhibuerunt, et ad quam sponte confugisse videntur, fuit adeo excellens, nihil ut supra. Fuit eadem methodus, quam ipse HIPPOCRATES semper tenuit, et quam deinceps post multa saecula BACO ille VERULAMIUS, tanquam unicum, quo veritas in medicina indagetur, instrumentum, commendavit.

V.

Sicuti haec methodus vera inductione nitebatur, ita eo magis admiratu digna habenda sunt eorum effata, quo magis universalem habeant significationem. Quam assidua, ut exemplo utar, observatione, et quanta vere rationalis experientiae ubertate opus fuit ad unam illam, eandemque praeclaram, veluti naturae legem enunciandam: »Quae cum malignis signis allevamentum adferunt, et cum bonis non »remittunt, molesta sunt et difficilia!”

VI.

Multa loca virium vitalium conditionem spectant, quarum rationem tum in praesagiendo, tum in arte exercenda omni tempore inierunt. Nam licet theorias nostrorum temporum de vi vitali non haberent, observando tamen ejus effectus quam optime perspexerant. Quin etiam propter id ipsum, quod non a theoriis, sed a sola observatione artem petiverunt, tot egregia illis debemus, quum theoriis neutiquam accommodarent observata, sed fide dignam eamque integerrimam naturae operum historiam enarrarent.

VII.

(6) SPRENGEL l. l. p. 515 haec habet: »Die alten Griechen beobachteten schon regelmässige »Winde, die von dem Schmelzen der grossen Schneemassen auf den Thracischen Gebirgen »herrühren. Den ganzen Sommer hindurch weht auf dem Archipelagus und in Griechenland »ein regelmässiger Nord-West — und den ganzen Winter hindurch der Südwestwind." Et p. 517: »sehr regelmässig stellen sich in verschiedenen Gegenden der gemässigten Zone die »kühlen Winde in den Hundstagen (*Etesiae*) ein. In Griechenland bemerkte man zweierlei »Gattungen davon. Die eine stellte sich ungefähr einen Monat nach dem längsten Tage ein, »und herschte über ganz Griechenland, Thracien und den Archipelagus. Die andern (*Etesiae* »*hibernae*) traten mit der Frühlings-Nachtgleiche ein, wehten aus Süden, und führten die »Schwalben und Wachteln aus den heissen Ländern herbei."

Resolutiones illae ad Hyemem, ultimo Autumni tempore, cum parvae et modicae fuerunt pluviae Austrinae, ab his ipsis haud ita difficulter repeti possunt, quandoquidem Aph. V. Sect. III. legimus: »Austri auditionis hebetudi»nem et visionis caliginem inducunt et capitis gravitatem, corpus torpidum et »languidum reddunt.” Praeterea illud tenendum est inprimis, Austrum Graecis ex Africa per Mare Mediterraneum adflare, ita ut calidum humidum adferat aërem (7) admodum debilitantem. Febres ardentes, inflammatorias ex frigido sicco hyemali et vernali tempore natas esse, nemo profecto mirabitur; neque faustum earum eventum sub Veris et Aestatis primordia, Ver enim saluberrimum et minime exitiale (8). Calidum humidum Autumni magna damna intulit, nam per Autumnum omnino morbi acutissimi et maxime exitiales (9). Quantopere hoc tempore morbi indoles mutata fuerit a vera inflammatoria illa tempore vernali, deinceps patebit; etenim Epidemiam nunc per varia anni tempora persequitur, insuperabili omnino arte omnia symptomata depingens, crises, signa fausta, infausta, caetera accuratissime adnotans.

»Inerant vero in febribus ardentibus”, ita pergit, »affectiones hujusmodi, ut qui »bene et largiter sanguinem e naribus profudissent, ii vel eo maxime servati »viderentur, neque ullum, cui modo sanguis bene profluxisset, hoc in statu »mortuum videre licuit. PHILISCUS siquidem et EPAMINON ac SILENUS, quod his »quarto die et quinto de naribus parum stillaverit, mortem obierunt.”

En! differentiam inter evacuationem criticam et symptomaticam. Asclepiadae jam notarunt, morbos acutos effluente ex naribus sanguine critice terminari, idque die judicatorio et copioso sudore exorto (10); μυκτὴρ ἀποστάζων, στάξιες ab illis in genere inter mala signa recenseri solent (11), et sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die superveniens, nisi aliud quippiam bene cecidisset, mali ominis ab illis habetur, quinto autem die obortus minus afferre periculum dicitur (12).

»Plerique igitur omnes aegri”, inquit, »appetente judicatione, rigore corripie»bantur, iique potissimum, qui sanguinem non profudissent, atque hi insuper »novo exorto rigore exsudarunt.”

(7) Vid. SPRENGEL l. l. p. 517.
(8) Aph. 9. Sect. III.
(9) Ibidem.
(10) Coaca 150.
(11) Prorrhet. 1. 79. 148. Coacis 57. 340.
(12) Coaca 133.

In Coacis quoque rigor succedens febrem ardentem dicitur solvere, atque ex hoc loco patet rigorem illum criticam evacuationem per sudores praecedcre, dum facile simul inde efficimus eum aliis coctionis signis fuisse stipatum (13).

»Quosdam etiam sexto die morbus regius prchendit, verum istos per vesicam ex-»purgatio, aut commota alvus, aut larga sanguinis e naribus profusio sublevavit, »quale quid HERACLIDAE, qui apud ARISTOCYDEN decumbebat, contigit, quippe »qui largum e naribus sanguinem profudit, et alvum conturbatam habuit, et per »vesicam perpurgatus est. Vigesimo autem die judicatione est libcratus, non quomodo »PHANAGORAE famulus, qui, cum ipsi nihil horum quicquam evenisset, periit."

In Praenotionibus Icterus ante septimum diem febri superveniens damnatur, septimo vero, nono, undecimo aut decimo quarto die accedens criticus habetur (14). Hoc loco vero febris indoles, symptomata, quae bonum comitata sunt exitum, et aëris constitutio perspicue ostendunt symptomaticum illum fuisse et ab hepatis inflammatione profectum, quod etiam indicat dies sextus, quo invasit. — Crisis hic igitur perfecta est per haemorrhagiam, alvum et urinas, qua deficiente famulus ille interiit.

»Plurimis sanguis e naribus erumpebat, praecipue tamen adolescentibus et ae-»tate florentibus, atque eorum bona pars periit, qui sanguinem ex naribus non »profuderunt. Aetate autem provectioribus, res sese in morbum arquatum ver-»tebat, aut iis alvi commotae, aut intestinorum difficultates aderant, quale quid »BIONI, qui ad SILENUM decumbebat, contigit."

Saepius in Prognostico monentem audivimus HIPPOCRATEM, haemorrhagias criticas in vitae vigore esse exspectandas: hae enim huic aetati magis sunt propriae, tum propter functionum integritatem perfectamque haematopoiesin, tum propterea quod juniori aetate congestiones ad pectus et caput frequentissimae csse solent. — Crises per icterum, diarrhoeam et dysenteriam contra plane respondent provectiori aetati, et sanguini tunc temporis ad abdomen quam maxime devecto.

Quaecumque vero huc usque enarravit, ex phlogistica verna et hyemali constitutione acciderant; nunc autem ad aestatem transit, quo temporc alia morbi facies in scenam prodiit, et gastrica ejus indoles eminere coepit.

»Aestate etiam intestinorum difficultates in vulgus vagatae sunt, et quidam »eorum, qui morbis conflictabantur, quibus ctiam sanguis e naribus eruperat, »hunc exitum habuerunt, ut in dysenteriam inciderent, quale quid ERATONIS

(13) Coaca 135. Vide etiam DURETUM in hanc Praenotionem.
(14) Coaca 121.

»puero et MYLLO accidit, qui post multam sanguinis e naribus profusionem in »dysenteriam delapsi sunt et periculo exempti."

Nexum hic quemdam animadvertimus, quo cum febribus ardentibus vernis haec dysenteria aestiva tenetur, si quidem iidem, qui ab illis tuti evaserant, nunc difficultatem intestinorum passi sunt, quae critica fuit et fausto cum eventu incidit. — Aliam deinde notat hoc tempore crisin aliquanto tardiorem in qua palpare dixeris naturam quasi incertam, quamnam viam ingrediatur.

»Copiosus," ita porro legimus, »igitur praecipueque hic humor fluitabat. Si »quidem nonnullis impendente judicatione sanguis e naribus non profluxit, sed »ad aures nati tumores disparuerunt. Quibus evanescentibus, ad sinistri lateris »inanitatem summamque coxendicem gravitas decubuit, doloribusque post judi»cationem obortis, atque urinis tenuibus prodeuntibus paucum e naribus san»guinem profundere coeperunt. Ac circiter quartum et vigesimum diem ANTI»PHONTI, CRITOBULI filio, humores in sanguinis e naribus profluvium secesserunt, »quod ubi desiit, integre circa quadragesimum diem judicio est absolutus."

Hic varia habemus naturae molimina ad crisin perficiendam: primo enim videbatur crisis futura esse per abscessum ad aures; hoc evanescente infido judicio lien tangebatur, gravitasque illa exoriebatur in latere sinistro; urinae deinde tenues fuere, et narium stillicidium incidit, quod tandem vigesimo quarto die in profluvium judicatorium mutabatur, ita ut quadragesimo demum morbus secederet. Coaca 207. discimus, abscessus ad aures in febre ardente vel maxime fieri, illosque aegrum interimere nisi critice solvantur et maturescant, aut sanguis ex naribus profluxerit, aut crassum sedimentum urina acceperit. Cum hoc autem monitu noster in hac Epidemia casus plane convenit, in quo subsidere videmus etiam hos tumores, perinde atque in Praenotione illa legimus.

Huc usque quidem morbum in viris contemplatus, nunc ad eundem in foeminis describendum procedit hac ratione: »Mulieres praeterea multae aegro»tarunt, minus tamen quam viri, nec ita multae obierunt. Plurimae autem dif»ficulter partum ediderunt, atque a partu insuper laborarunt, ipsaeque potissimum »obierunt, non secus ac TELEBULI filia, quae sexto a partu die interiit. In fe»bribus itaque plurimis menses apparuerunt, nonnullis etiam sanguis ex naribus »profluxit, multisque virginibus id tum primum contigit. Est ubi etiam sanguis »e naribus, quibusdam vero menstruae purgationes erumperent (15), quale quid

(15) Legimus: ἔστι δ' ᾗσιν καὶ ἐκ ῥινῶν, καὶ τὰ γυναικεῖά τισιν ἐπεφαίνετο. Obscurior quodammodo videtur versio; fuere nimirum nonnullae, quibus una cum epistaxi menstrua simul apparuerunt, quod sequens docet exemplum.

»in DAÏTHARSIS filia virgine tum primum apparuit, cum larga sanguinis e nari- »bus profusione. Atque haud scio, quibus horum quicquam rite evenerit, an »ex iis quaequam perierit. In quas vero praegnantes morbus forte incidit, hae »omnes, quod seiam, abortionibus periclitatae sunt."

Recte quidem GALENUS in hunc locum animadvertit rationem, quare hic morbus foeminis minus molestus fuerit, in eo esse positam, quod naturale illis esset praesidium in evacuatione menstrua. Neque ullo modo abs re esse videtur menstruorum eruptio prima vice in virginibus, vel eorumdem una cum epistaxi profluvium. Noxae, quae gravidis et puerperis ex morbo evenerunt, ab ipsa sanguinis conditione phlogistica graviditatis tempore, hacce aëris constitutione adaucta, procul dubio sunt intelligendae.

Haec itaque de morbo, qualis in foeminis conspicuus fuit; redit jam ad symptoma supra memoratum, ad dysenteriam, cujus rationem aliquatenus sequentibus investigare videtur: » Plurimis vero urinae quidem bene coloratae, tenues autem » et pauca habentes subsidentia, cum dejectionibus tenuibus et biliosis. Plerisque » vero alioqui judicatis, morbus in dysenteriam desiit, quale quid XENOPHANI et » CRITIAE accidit. Urinae etiam quibusdam dilutae, multae, liquidae, tenues post » crisin fuerunt, in quibus cum reliqua etiam probe judicata forent, multa sub- » sedere. Atque hoc quidem recensere aequum videtur, in quibus fuere: BION, » qui apud SILENUM decumbebat, CRATIA, quae cum XENOPHANE versabatur, ARE- » TONIS puer et MNESISTRATI uxor. Qui omnes postea in difficultatem intestino- » rum illapsi sunt." Et hic quidem in textu pervulgatam illam in Prorrhetico et Praenotionibus interrogandi formulam offendimus: *ἦῤάγε ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα, σκεπτέον;* » An vero idcirco id contigerit, quod urinae dilutae prodierunt, ani- » madversione dignum est."

Ex hac autem quaestione, quam manifesto horum librorum ratio elucescit, quandoquidem inde sequitur HIPPOCRATEM more majorum posteris quaestionem solvendam reliquisse, quae solam et unam spectat Prognosticen. Artis factae nullam huc usque mentionem factam vidimus, sed signa quaelibet quam accuratissime exponuntur et secum invicem comparantur, ut inde illorum intelligentia petatur et praedicendi facultas magis magisque increscat.

Aestivo hocee tempore novum adhuc symptoma ab illo observatum est. »Multi," inquit, » circa Arcturum undecimo die judicatione absoluti sunt, neque his, quae » ob justam causam fierent, morborum reversiones recurrerunt. Sub hoc tempus » autem sopore opprimebantur, atque inter hos plures pueri, qui omnium vel ma- » xime morte exempti sunt."

Quando totam Epidemiae rationem reputamus, nullum restat fere dubium, quin hanc somnolentiam a congestione sanguinis ad cerebrum repetendam habeamus. Cum puerorum aetate haec congestio porro plane consentit, ac causa, quare illis hoc symptoma prae caeteris tutius acciderit, ex minore robore teneriori hoc vitae tempore facile explicatur.

Nunc ad Autumnum pervenimus, quo tempore nova iterum forma se prodidit morbus, indolem nactus putridam et inflammatorio-putridam: »Ad aequinoctium »vero et ad Vergilias usque et sub Hyemem febres ardentes accidebant. Quin »etiam tunc plurimi perpetuo cum febribus delirio corripiebantur, atque ex his »plerique omnes moriebantur, Aestate autem pauci tales evadebant. Invadentes »itaque febres ardentes, quibus praesens immineret pernicies, satis indicabant. »Nempe statim ab initio febris acuta cum modico insuper rigore prehendebat, »vigiles erant, impotentes animi, sitibundi, aestuatione et corporis incontinenti »jactatione conflictabantur, cum parvo tenuique sudore circa frontem et clavi- »culas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuso, multum deliri erant, ti- »more et omni moerore confecti, ac velut animum despondentes, extrema paul- »latim frigus concipiebant, pedes summi maximeque manuum summitates."

Quis non videt in hisce malignam morbi indolem? Quae sequentibus magis dilucide etiam exponitur: »Diebus paribus accessiones fuerunt; plerisque vero »maximi labores die quarto aderant, sudoresque longissime subfrigidi nec extrema »amplius recalescebant, sed livida et frigida permanebant, neque amplius sitie- »bant." Frigidum illum sudorem et livorem artuum et frigus in Prognostico damnata vidimus, et antea in Prorrhetico et Coacis sitim ἀλόγως evanescentem: »Urinae," inquit, »his erant nigrae, tenues et paucae, alvique restiterunt, ac ne his quidem »quibus haec acciderent, sanguis e naribus profluxit, sed paucus stillavit, neque ho- »rum cuiquam res ad recidivam devenit, verum sexto die cum sudore perierunt."

Dies sextus, malis crisibus notabilis, ubivis fere ab HIPPOCRATE atro carbone notatur, a GALENO vero cum tyranno comparatur (16). »Phreniticis autem con- »tigerunt quidem descripta non omnia, sed his fere undecimo die, quibusdam »etiam vigesimo, judicatione solvebantur. Quos statim ab initio circa tertium »aut quartum diem phrenitis non prehenderat, sed primo tempore moderate sese »habebant, iis circa septimum diem morbus ad vehementiam devenit."

Morbus igitur inflammatoriae indolis particeps quidem mansit, sed autumnali tempore permalignus factus est et acute perniciem attulit.

(16) Vide KIST, *Specimen Med. Inaug.* pag. 42.

Hisce expositis, subjungit corollaria quaedam ex tota hujus constitutionis historia deducta: et primo quidem loco illos enumerat quos tristi cum eventu morbus tetigerat. »Magnus," ita pergit, »itaque fuit morborum numerus, atque ex aegris »praecipue interibant adolescentes, juvenes, aetate florentes, quique erant glabro »corpore, cute subalbida, extenso et nigro capillitio et nigris oculis, otiose et »segniter vitam degentes, voce alta, exili, asperâ, balbi, irae praecipitis et »acerbae, plurimaeque hujus generis mulieres peribant." Plethoricis igitur, vitae vigore degentibus, irritabilibus, cholericis prae caeteris funesta fuit Epidemia.

Jam vero symptomata critica recenset, quae observare illi licuit: »At vero »hoc in statu ex quatuor maxime signis servabantur ii, quibus aut ex naribus »sanguis bene profluxisset; aut urina multa, in qua quod desidebat copiosum »et laudabile erat, per vesicam processisset; quique aut per alvum turbulenta, »biliosa, tempestive demitterent; aut in dysenteriam delaberentur. Multisque usu »venit ut non ab uno ex descriptis signis judicarentur, sed ut plurimi per »omnia percurrerent, et gravius habere viderentur. Sed hi omnes, quibus ista »contingerent, incolumes evaserunt. Mulieribus item et virgunculis evenerunt »paulo ante memorata signa omnia. Decernebat autem, si quibus aut horum »quippiam optime fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nullaque, quod sci- »am, ex his, quibus horum quid optime factum esset, interiit. PHILONIS nam- »que filia, cum liberaliter ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die in- »tempestivius coenasset, mortem obiit." Crises igitur in utroque sexu varias et vario modo compositas hic reputat, ac ne fides earum ex inopinata morte post criticam evacuationem detrimentum capiat, quam accuratissime diaetae errorem adponit, quo provocatus fuerat tristior ille rerum eventus.

Quorsum vero haec omnia ab HIPPOCRATE disputantur? ut uberrima illius experientia ad alios transferatur casus, et sic Prognosis certior certiorque caeteris medicinae cultoribus fiat. Sequentia id rursum vel magnopere docent. »Quibus," inquit, »invitis »per febres acutas atque adeo ardentes lacrymae effluunt, in his dum caetera exitia- »liter non se habeant, sanguinis ex naribus profluvium exspectandum est. In his si »quidem, qui male habent, non sanguinis eruptionem, verum mortem portendunt." Prudentem in his agnoscimus vaticinatorem, qui in Prognostico toties jam monuit, signa omnia in considerationem esse adhibenda. »Quibus febre judicatorie »desinente, tumores ad aures in febribus cum dolore suborti, neque conquies- »cunt, neque suppurantur, eos biliosum alvi profluvium, aut dysenteria, aut quod »in urinis crassis, subsidet liberat, quale quid HERMIPPO CLAZOMENIO evenit." Eandem hic cernimus formam, qua Praenotiones Coacas et Prorrheticum, expres-

sa invenimus. Haec autem enunciandi ratio magis adhuc certum illud reddit, quod jam saepius monuimus, Prognosin summum illud esse, quod perfectum cupiebat divinus senex, et ad quod omnium virium intentione continuo sese adplicabat.

Crisium tempora nunc ab illo exponuntur. — »Quod vero ad judicia attinet, »ea, ut satis perspicere licet, aut sunt inter se similia, aut dissimilia. Velut in »duobus fratribus apparuit, qui ad theatrum Epigenis habitabant, quibus cum »eadem simul hora morbus coepisset, aetate provectiori sexto die, juniori vero »septimo decrevit, reversus utrique eadem simul hora, dies quinque intermisit, »atque ex reversione uterque simul in totum die decimo septimo est judicatione »liberatus. Plurimis autem quinto die decrevit, septem intermisit, et ex recidiva »die quinto judicatio facta est. Nonnullis quoque morbus die septimo judicatus »est, cumque diebus tribus intermisisset, septimo decrevit. Aliquibus morbus die »sexto decrevit, atque ubi dies sex intermisisset, tribus diebus prehendit, quos ubi »etiam uno die reliquisset, altero rursus prehendit et judicatus est, quemadmo-»dum EUAGONTI DAÏTHARSIS filio contigit. Aliis sexto die decrevit, septem »intermisit, et ex repetitione die quarto judicatus est, quale quid AGLAÏDAE filiae »usu venit." Varia ergo judicationis et recidivarum tempora fuere: sed ita tamen comparata ut die decimo septimo in totum integre absolverentur. »Plurimi igitur »eorum, qui tunc aegrotarunt, hunc habuerunt morbi tenorem, atque haud scio »an eorum cuiquam, qui superfuerunt, rite factae morborum reversiones non re-»currerent, omnesque quod sciam servabantur, quibus hoc recidivae genus con-»tigit, neque hoc modo aegrotantium cuiquam morbum rursus repetivisse memini. »Moriebantur autem plurimi ex his morbis sexto die, velut EPAMINONDAS, SILE-»NUS et PHILISCUS ANTAGORAE filius."

»Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea die vigesimo decernebant. Sedata »autem sunt iis omnibus, quibus non suppurarunt, ad vesicam tamen sese con-»verterunt. CRATISTONACTI, qui ad Heraclium decumbebat, et SCYMNI fullonis »ancillae suppurarunt et perierunt. Nonnullis vero morbus die septimo decrevit, »novem intermisit diebus, reversus est et ex recidiva quarto die judicatus est. »PHANOCRITUS, qui apud GNATHONEM pictorem decumbebat, septimo die judi-»catione est absolutus."

Pergit autem in his judicationum temporibus adnotandis, qualia hyemali tempore observata fuerunt, febre eadem ardente adhuc saeviente: »Sub Hyemem »vero, circa brumale Solstitium (17) ad Aequinoctium usque, febres ardentes et

(17) GALENUS in hunc locum: »Hic hyemis anni secundi, non primi meminit."

» phrenitides perdurabant, multique peribant. Judicationes tamen varie ceciderunt, plurimisque quinto ab initio die decrevit, quarto intermisit, repetiit et » ex recidiva quinto die judicatio facta est, omnino diebus quatuordecim. Atque hunc in modum pueris plurimis, quinetiam natu grandioribus judicatio » facta est. Nonnullis vero undecimo die morbus decrevit, decimo quarto repetiit, perfecteque vigesimo judicatus est. Quodsi qui vigesimo novo insuper rigore corriperentur, iis quadragesimo die morbus decrevit. Plerique autem omnes sub primam judicationem denuo rigebant. Quin etiam quidam per exordia » sub judicium ipsum novo rigore correpti, adhuc in ipsis morborum reversionibus una cum judicatione riguerunt."

Antea quidem enarraverat, quibusnam prae reliquis corporibus morbus molestus fuisset; nunc vero ultimo loco, quo tempore plurimos affecerit, tradit: » Vere," inquit, » rigebant omnino pauci, aestate plures, per autumnum adhuc plures, » sub hyemem longe plurimi. At sanguinis profluvia cessarunt."

Huc usque quidem exemplum *καταστάσεως*, quod adferre nobis proposuimus; nunc itaque rationem, qua particulares illae morborum historiae conscriptae sint, investigemus, ut et in his Prognosticam earum indolem reperiamus. Speciminis vice fungatur Aeger primus libri primi, quippe quem propter symptomatum analogiam ex eorum esse numero dixerim, quorum in nostra Epidemia mentionem fecit, cum ad Autumnum pervenerat, hisce verbis: *Diebus paribus accessiones fuerunt*, cet.

Simplicitate summa, uti solet, historiam morbi adgreditur: » PHILISCUS, qui » prope moenia habitabat, primo die decubuit, eumque febris acuta prehendit, » cum sudoribus et nocte laboriosa." Hoc itaque die sudorem memoratum cernimus symptomaticum una cum febre, quem Coaca 574. etiam damnari audimus his verbis: *sudor una cum febre, acuto morbo urgente, malus.* » Postridie ingravescentibus omnibus, ex alvi dilutione meliuscule habuit, cum nocte quieta." Ratio, quare alvum movendam censuerit, ex respiratione rara magna, cujus infra meminit, facile eruitur, si quidem in Prognostico et Coacis haec tanquam signum futuri delirii memoratur: in ipsa Epidemiae traditione narrat etiam alvum his aegris substitisse: » Die tertio mane et ad meridiem usque, liber a febre visus est, » ad vesperam vero febris acuta invasit, cum sudore et siti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox gravis et molesta fuit, non dormivit prorsusque deliravit." En! omnia in pejus ruunt. Sudor iterum symptomaticus, lingua arida fit, qualis Coaca 234. phrenitidem portendere dicitur, nigra fluit urina, qui color perniciem indicare dicitur Coaca 580. uti etiam in Prognostico, nullus somnus,

mentis alienatio. — Nemo his lectis non praevidet infaustum exitum: » Quarto » graviora evaserunt omnia, urinae nigrae, nox facilior fuit, et urinae melius co- » loratae." Fallacem fuisse hanc remissionem, quam etiam secundum inter diem et tertium expertus fuerat aeger, sequens docet dies: » Quinto circa meridiem parum » idque sincerum e naribus stillavit, urinae variae in quibus sublimia quaedam » innatantia rotunda, genitali semini similia, dispersa inerant, neque residebant. » Huic supposita glande, flatuosa pauca prodierunt, nox gravis fuit, somni parvi, » verba cum delirio, extrema undiquaque frigida, quae nec etiam ad colorem » amplius revocari poterant, urinam nigram reddidit, aliquantulum dormivit, sub » diem vox defecit, sudor frigidus obortus est, summitates livescebant." Glandem hic sapientissimo consilio supposuit HIPPOCRATES, quandoquidem extrema frigida virium labantium indicium praebent, et clysmata ex drasticis vulgo remediis parata (18) hoc in casu vehementiorem edidissent effectum, quam cui ferendo aeger suffecisset: extrema frigida ad calorem revocari non potuerunt; quaenam auxilia vero hunc in finem adhibuerit, non refert: naturae opera manifesto ubivis in his historiis elucent, ars contra latet prorsus: » Die sexto circa meridiem obiit." In praecedentibus symptomata quovis die immutata recensuit, his autem quaedam adhuc subjungit, quae per totum morbum persliterant: » Spiratio huic perpetuo » quasi intro revocanti et ingeminanti rara et magna fuit; lien in gibbositatem » rotundam sublatus est, et ad finem usque sudores frigidi perseverarunt. Acces- » siones diebus paribus fuerunt."

His verbis finem imponit suae narrationi, quae simplicissima est, quemadmodum ipsa simplex est natura, cujus opera sola refert, in qua infelicem suam nequaquam reticuit praxin, sed hoc praesertim spectasse videtur, ut sua experientia alios doceret, et *πρόνοιαν* illis faciliorem et certiorem redderet.

Ex iis itaque, quae huc usque consideravimus, locis jam Prognostica horum librorum ratio elucescit, haec vero magis etiam perspicua nobis reddetur, quando reliqua monita universalia pervolverimus.

Postquam in primo libro duas depinxerat constitutiones, priorem vernalem sub coelo vario et mutabili, phthisicis imprimis infaustam; alteram autumnalem, humido frigido praevalente, quae intermittentes tulit febres et continuas ex earumdem genere, ad calcem hujus *καταστάσεως* sequentia adjicit: » In quibus vero » casibus nullum periculum suspectum est, eorum quae excunt maturationes » (*πεπασμοὶ*) omnes, num undique tempestive procedant, considerandae sunt. In

(18) Conf. SPRENGEL *Apologie* II. p. 318 et 320,

»quibus etiam num abscessus bono sint, aut cum judicatione fiant, videndum est. »Coctiones judicationem brevi fore significant et certam salubritatem portendunt. »Cruda vero et incocta, quaeque in malos abscessus vergunt, aut ἀκρισίας aut »dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidivas significant. Horum au- »tem quodcumque maxime futurum sit, ex aliis considerandum." Nunc autem, quod caput rei est, addit: »Summa autem cura anniti oportet, ut praeterita enar- »res, praesentia cognoscas et futura praedicas." Ad Praenotionem continuo redit, quam ad artis usum transtulit: »Duoque ista," inquit, »elaboranda sunt, ut »commodes, aut ne quid offendas. Artem ista tria circumscribunt, morbus, ae- »ger et medicus, qui artis est minister, aegrumque oportet una cum medico »morbo reluctari." Haec quidem practica praecepta omnino sunt conferenda cum iis, quae in libro de Victu Acutorum tradit, ut intelligamus quam late pateant; verum infra de hoc scripto agemus.

Praeterea in primo Epidemiorum libro Sectionem habemus tertiam, quae tota fere Prognosticen iterum spectat.

»Quaenam ex his, quae ad morbos spectant, dignotio facienda sit, facile disce- »mus ex communi omnium et cujusque propria natura, ex morbo et aegroto, »ex his quae offeruntur et eo qui offert. Nam et ex his melius vel gravius se »habent. Praeterea ex universali ac particulari aëris constitutione et regionis cu- »jusque, ex consuetudine, victus ratione, vitae genere, ex cujusque aetate, aegri »sermonibus, moribus, silentio, imaginationibus, somnis, vigiliis, ex insomniis, »quae qualia et quando obveniant videndum est, vellicationibus, pruritibus, la- »crymis, ex paroxysmis, dejectionibus, urinis, sputis, vomitionibus. Videndae sunt »etiam, quaecumque fiunt morborum vicissitudines, et ex quibus et in quos suc- »cedant, et quinam abscessus perniciem aut solutionem portendant. Sed et su- »dor, rigor, perfrictio, tussis, sternutationes, singultus, spiritus, eructationes, »flatus silentes, strepitum cientes, sanguinis eruptiones, haemorrhoides. Atque ex »his, quae per haec contingant, consideranda sunt."

Haec sane, ita GALENUS, *sunt Prognostica theoremata*, *quibus docet HIPPOCRATES universales scopos*, *a quibus Praenotiones fieri oporteat.* Plurima horum in libro de Aëre, Aquis et Locis, in Prognostico, caet. sunt exposita. Monet autem continuo ad haec omnia animos medicorum advertendos esse, spe ductus fore ut diligenti omnium rerum observatione ars proficeret, quam nasci quidem, nondum vero adolevisse, probe perspexerat.

Sequitur jam tractatus de febribus: »Sunt febres continuae, aliae, quae inter- »diu prehendunt, noctu intermittunt; aliae vero, quae noctu prehendunt, interdiu

» intermittunt (19). Sunt et semitertianae (20), tertianae, quartanae, quintanae, » septimanae et nonanae.'' Hisce enumeratis, singularum Prognosin exhibet: » In » febre continua,'' inquit, » morbi sunt valde praecipites, maximi et gravissimi, » praecipueque lethales.'' Spectat autem febres inflammationes graviores concomitantes, quales phreniticae, pleuriticae, anginam, hepatitidem stipantes multis locis in ejus scriptis memorantur: » At omnium est tutissima quartana, placidissima et » longissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis mor- » bis vindicat. In ea vero, quae semitertiana dicitur, tum morbi acuti accidunt, » tum etiam praeter caeteras ista praecipue lethalis est, quin etiam tabes et quicum- » que morbi longi affligunt, in hac potissimum detinent.'' Aphor. 43. Sect. IV. quoque haec species periculosior dicitur, dum hoc optimum censetur signum, illas intermittere: » Nocturna non admodum lethalis est, longa tamen. Diurna longior, non- » nullis autem ad tabem vergit. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana » adhuc longior, sed non lethalis. Tertiana exacta celerem habet judicationem, ne- » que lethalis est.'' In Praenotionibus (21) quinto, aut septimo, aut nono summum circuitu terminari dicitur tertiana exacta: » Quintana autem omnium est pessima. » Haec nempe ante tabem, aut jam contabescentibus ubi supervenerit, perimit.'' Prognosi itaque harum febrium exposita, eas universe considerare pergit his verbis: » Insunt autem in singulis hisce febribus, tum continuis, tum intermittentibus, for- » mae, constitutiones et accessiones hujusmodi (22). Videlicet quidem continua qui- » busdam ubi incepit, floret et viget maxime et in gravius tendit, circa judicium » vero et in ipso judicio extenuatur. Nonnullis vero leniter ac latenter incipit, » increscit autem in dies exacerbaturque, sed sub judicium in ipsoque judicio abunde » emicat. Est ubi ex moderatis initiis augescit et exacerbatur, et simulatque aliquan-

(19) Legimus: *Πυρετοὶ ξυνεχέες· οἱ μὲν ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι· οἱ δὲ νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρην διαλείπουσιν·* FRIENDIUS locum ita reddit: » Febrium hae quidem sunt continuae, quae » quidem interdiu prehendunt, noctu intermittunt, aut noctu prehendunt, interdiu intermit- » tunt.'' Spectare videtur febres remittentes, quarum Prognosin mox infra tradit.

(20) Semitertianam descriptam legimus lib. I. sect. I. his verbis: » Eorum autem plurimis hujus- » modi affectus aderant, febres horroris sensu insignes, assiduae et acutae, in totum quidem » non desinentes, sed quae erant ex semitertianarum genere, uno die leviores, altero vero » insuper ingravescentes, omninoque vehementius increscentes.'' Est ergo species febris continuae remittentis, paroxysmis alternis diebus invadentibus.

(21) Coaca 148.

(22) *Τρόπους*, formas febrium, per *τὰ εἴδη* exponit GALENUS dicitque: *τουτέστι εἰ θερμὸς, καὶ χολώδης, καὶ καυσώδης ἢ τῶν ἄλλων τις.* — *Κατάστασις* spectat totum febris decursum, quemadmodum variis suis temporibus componitur: *ὡς τὴν ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ποιὰν σύνθεσιν.* — Vide FOËSIUM in *Oeconomia Hippocr.*

» tisper vigorem acceperit, ad judicium usque, sub ipsumque judicium rursus se » remittit. Atque haec in omnem febrem omnemque morbum cadere solent."

Ex his ergo patet, morbi ἀκμὴν et ante crisin et una cum crisi incidere posse, morbumque a levissimis interdum initiis sensim sensimque incrementa capere, interdum vero celerrimo et vehementissimo impetu subito homines invadere, quod novisse haud parvi pendendum est: » Ex his autem bene subducta ratione, » victum offerre necesse est. Jam quoque multa alia praecipua signa his sunt » cognata, de quibus partim aliquando scriptum est, partim vero scribetur. Quae » tecum animo reputanti, perpendendum, considerandumque, quodnam praeceps » periculum et mortem portendat, aut quodnam superstitem aegrum fore indicet, » et cuinam admovendus cibus nec ne, et quando et quantus et quinam cibus » futurus sit." En! igitur non mera est vaticinatio HIPPOCRATIS πρόνοια, verum est illa scientia, qua instructus sit medicus oportet, ut juvet neque noceat; ubcrrimus inde fructus in praxin redundat, quemadmodum infra videre erit, ubi de arte, quam exercuit, agere rerum ordo jubebit.

Hic autem ad enumerationem dierum decretoriorum febrium continuarum remittentium (23) transit, caput profecto gravissimum et ad Prognosin perquam necessarium.

» Quae diebus paribus invasiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quo- » rum vero accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus judicantur. Cir- » cuituum autem, qui diebus paribus judicant, primus est decretorius quartus, » sextus, octavus, decimus, decimus quartus, vigesimus octavus, trigesimus, trige- » simus quartus, quadragesimus octavus, sexagesimus, octogesimus et centesimus. » Circuituum autem, qui diebus imparibus judicant, primus est tertius, quintus, » septimus, nonus, undecimus, decimus septimus, primus et vigesimus, septimus » et vigesimus et trigesimus primus.

» Considerandum autem est, quod si quid aliter extra hos praescriptos dies de- » cernat, recidivas fore perniciemque portendi." Quod in Praenotionibus Asclepiadae quoque jam adnotarant.

» Animumque advertere et nosse oportet his in temporibus futuras judicationes » ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere."

His itaque verbis quadruplicem crisium speciem recenset, bonam et malam perfectam, bonamque et malam imperfectam, quarum illae aegrum vel a morbo prorsus vindicant, vel eum interficiunt; hae vero morbum vel leviorem, vel graviorem reddunt (24).

(23) Vide KIST, l. l. pag. 34.
(24) KIST p. 24.

» Praetereaque," inquit, » videndum est, quibusnam circuitibus febres errantes, » quartanae, quintanae, septimanae, nonanae, judicationes subeant."

Nimirum crisium quoque doctrinam adhuc imperfectam et mancam esse existimavit, quare hanc etiam ab observatione ducendam esse monet.

Ultimo denique loco in fine descriptionis status illius, quem *pestilentum* vulgo appellant, in libro tertio, tota re de morbis Epidemicis exposita, haec monet.

» Per vero magni in arte aestimo, posse de iis, quae scripsimus, cogitationem » recte suscipere. Eorum namque usum, qui calluerit, is mihi non magnopere » videtur in arte aberrare posse. Exacte autem tenere oportet propriam cujus- » que temporum anni conditionem et statum, morbumque ipsum et quidnam » boni commune sit constitutioni cum morbo, quidnam et mali constitutio aut » morbus inter se commune habeant." Quod quidem monitum quo melius intelligamus, reputemus morbum nostrum inflammatorium, quem supra per varia anni tempora, variasque variis temporibus tempestates descriptum persecuti sumus. Porro tenendum est: » Et quisnam morbus diuturnus sit et exitium adferat, aut » quisnam diuturnus et ex quo aegri evadant. Et quisnam praeceps et exitialis, » aut quisnam praeceps et salutaris. Atque ex his ipsis tum judicatoriorum die- » rum series observanda est, tum etiam praedicendi facultas suppetit. Ac in his » exercitato proclive est instituendae victus rationis tempus et modum cognoscere, » et quibusnam ea praescribenda sit."

Haec ergo hactenus, nunc vero ex iis, quaecumque a nobis de Epidemiorum libris disputata sunt, sequentia tuto deducere nobis videmur:

I.

In Epidemiis his scriptis tradendis illud potissimum spectavit HIPPOCRATES, ut tempestatum vim et efficaciam in morbos procreandos et mutandos doceret. Quare illarum rationes prius exponit, antequam ad hos enarrandos accedat.

II.

Hunc in finem autem morborum historias universales exhibuit, quas particularibus morborum descriptionibus ita illustravit, ut quae in illis deficiant, in his abunde exposita inveniantur.

III.

Epidemiam ita describere solet, ut illam diversa per anni tempora, diversas aetates, diversos etiam sexus persequatur.

IV.

Neque ad unam constitutionem Epidemicam attendendum esse praescribit, verum etiam ad ea quaecumque in ipso aegro, circaque aegrum eveniant.

V.

Curationis ab ipso factae in historia universali nostra nullam prorsus facit mentionem, in singularibus passim tantummodo. Naturae molimina vero, therapiam naturalem, quam accuratissime notavit, et summa diligentia crisium modos et tempora investigavit.

VI.

Quemadmodum in Prognostico *πρόνοιαν* tanquam summum recte medendi instrumentum commendavit, ita quoque hi libri ad praevidentiam plane sunt comparati, quam eo ducere monet, ut sciat artifex *οὓς, καὶ ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτᾷν.*

VII.

Artem nondum inventam esse existimavit summus noster Cous, verum ab assidua et indefessa naturae observatione expetendam esse.

VIII.

Semeiotice, quae in his libris traditur, cum illa, quam in Prognostico, Coacis et Prorrhetico expressam legimus, maximopere convenit. Utraque ab intaminata observatione ducta est.

§ 2.

Post Epidemiorum libros ille considerandus venit, qui de Aëre, aquis et locis inscribitur, quique, si quis alius, immortalis divini senis ingenii refert monumentum. Specimen exhibet Aetiologiae Hippocraticae, ita ut ad philosophiam medicam omnino pertineat, atque auctorem suum medici vere philosophi nomine perdignum reddat. Est quasi Epidemiorum commentarius, *quo et calidi et frigidi, et humidi et sicci, verbo coeli cujusvis exponuntur potestates viresque in hominum corpora, animos, mores, morbos, omnemque prorsus naturam humanam* (25).

(25) Conf. Clar. PRUYS V. D. HOEVEN Chrestom. Hippocr. Praefationis p. 20.

Quodsi brevi conspectu contenta complectamur, habemus primo loco expositionem virium, quas possident diversus urbium situs, diversique, quibus expositae sunt, venti, in morbos procreandos; dein aquarum diversitates plures docet, et quae ab aqua tum bona, tum mala proveniant; porro diversorum anni temporum, variarumque anni constitutionum vim in morbos proferendos tradit; tandem sequitur Asiae et Europae contemplatio et comparatio, in qua affinitatem quamdam ostendit inter varias regiones, inter telluris et soli naturam et homines ibi degentes.

Perinde ac libri Epidemiorum, continet hicce meras observationes, quas ita ordinavit et composuit HIPPOCRATES, ut altera alteram explicet, omnesque a se invicem pendeant. Multa hoc in libro inveniuntur, quae ut recte dijudicemus, semper tenendum est, illa ad Graeciam praecipue esse accommodata.

Duo praesertim placita ab HIPPOCRATE in hac scriptione exponuntur. Primo quidem magnam esse demonstrat vim climatis in naturam humanam, in corpus, animum, indolem, mores hominum populorumque. Deinde ostendit, eo majorem deprehendi naturae hominis energeiam, quo major sit coeli mutabilitas et tempestatum vicissitudo. Illud quidem toto opere exponitur, hoc vero probatur exemplo illorum populorum, qui regiones colunt, in quibus magna observatur tempestatum inconstantia; tum etiam per antithesin hoc confirmatur phlegmaticis illis Phasianis et Scythis, utrisque sub diverso quidem coelo, sed aequabili tamen degentibus (26).

(26) De hoc libro videatur *Iets over HIPPOCRATES door C. PRUYS V. D. HOEVEN*, in Diario, *Vaderlandsche Letteroefeningen.* Ex quo opusculo sequentem adferre liceat locum: »Terwijl gewone geesten, alleen de verwantschap dier voorwerpen plegen te erkennen, welke door uiterlijke gelijkvormigheid verbonden schijnen, en in het bekrompen zamenstel hunner wetenschap, aan elk hunner begrippen en denkbeelden de plaats aanwijzen, die het nimmer verlaten zal, ligt het groot verband der dingen en de Harmonie aller wezens bloot voor het oog van het genie, dat afkeerig van alle willekeurige stelsels, die groote waarheid beseft, dat de natuur, grooter dan alle stelsels, zich binnen de enge grenzen van den menschelijken geest niet bepalen laat. HIPPOCRATES besefte die waarheid. De eenvoudige waarneming van den invloed der jaargetijden op de menschelijke natuur, in zijne Epidemieën zoo meesterlijk beschreven, gaf hem de verklaring van het treffend verschil van volken en werelddeelen; en, terwijl de gelijkmatigheid en eenvoudigheid zijner leer de uitdrukking was van de gelijkmatigheid en eenvoudigheid der natuur, op wier kennis zij rustte, legde zijn onsterfelijk werk de eerste grondslagen eener wijsgeerige geschiedenis, op welke een MONTESQUIEU, HERDER, HEEREN, en de grootste geschiedkundigen van lateren tijd hebben voortgebouwd, aan wier arbeid de pragmatische historiekennis hare jongste vorderingen verschuldigd is. Wij misgunnen dien grooten mannen den lof niet, hun door tijdgenoot of nageslacht toegekend, maar wij mogen het niet verzwijgen, aan HIPPOCRATES alleen behoort de eere

Quaecumque vero in toto hoc scripto inveniantur, ad *πρόνοιαν* Hippocraticam esse referenda, et a divino sene in artis usum fuisse translata, vel ipsum docet libri exordium.

» Qui," inquit, » artem medicam recta investigatione consequi volet, is primum » quidem anni tempora in considerationem adhibere debet, quid horum quod- » que possit." Artem medicam non ab hominis solius contemplatione, sed ex universae naturae observatione peti debere docet. » Neque enim quicquam ha- » bent simile, sed cum inter se plurimum differunt, tum etiam propter varias, » quae in iis contingunt, mutationes. Deinde vero ventos tum calidos, tum fri- » gidos, praecipue quidem eos, qui omnibus sunt communes, ac deinceps eos, » qui cuique regioni sunt familiares. Quin etiam aquarum facultates animo re- » putare oportet. Quemadmodum enim gustu et pondere, ita et facultate sin- » gulae plurimum differunt. Quare, si quis ad urbem sibi ignotam pervenerit, » is ejus situs curam habere debet, ut cognoscat, quomodo ad ventos aut solis » exortum sit exposita. Neque enim easdem vires habet, quae ad Septentrionem et » quae ad Austrum sita est, ut neque ea, quae ad exorientem solem aut occi- » dentem spectat. Et haec quidem optime animo concipienda sunt, et quomo- » do ad aquas habeant, num palustribus et mollibus utantur, an duris et ex » sublimi et saxosis locis scaturientibus, sive salsis ac coctu difficilibus. Terra » etiam ipsa inspicienda, nudane sit et aquis careat, an densa et irrigua, et » an cavo loco sita sit et aestuoso, an vero sublimi et frigido. Hominum quo- » que victus ratio, quanam maxime delectentur, inspicienda: an potui et cibis » et otio dediti, an exercitationibus et laboribus gaudeant, et an edaces sint et a » potu sibi temperent. Et ex his singula reputare oportet. Haec enim praeci- » pue quidem omnia, aut certe plurima, probe qui agnoverit, cum ad urbem » sibi ignotam pervenerit, eum neque morbi regioni familiares, neque commu- » nium quae sit natura, latere poterit, ut neque in eorum curatione haesitare aut » aberrare possit. Quae certe contingere solent, si quis istorum cognitionem non » ante animo perceptam habuerit. Qui vero ista recte cognoverit, is cujusque » temporis impendentis et anni statum praedicere poterit; et quinam morbi, tam

» der ontdekking eener waarheid, wier bevestiging en ontwikkeling hun dien lof deed ver- » werven; en terwijl ook wij hunner grootheid hulde doen, willen wij toch bovenal aan hem » met bewondering gedenken, die, toen nog de *Homerische* Bardenzang en het eenvoudig ge- » schiedverhaal van HERODOTUS de voornaamste historische oorkonden der Grieken waren, » het stout ontwerp eener vereeniging van geschiedenis en wijsbegeerte gevormd en volvoerd » heeft."

»Aestate quam Hyeme in urbe communiter sint grassaturi, tum etiam quinam »cuique privatim ex victus mutatione impendere debeant. Qui enim temporum »mutationes astrorumque ortus et obitus, ut horum quaeque eveniant, tenuerit, »is utique futurum anni statum praevidere poterit. Hac ratione investigando, qui »temporum occasiones praesenserit, is maxime cujusque naturam cognoverit; et »plerumque sanitas illi succedet, minimumque in arte a rectâ viâ aberraverit."

§ 3.

Ordo, quem sequendum existimavimus, jam nos ducit ad librum de Victus ratione in Morbis Acutis, qui compendium quoddam exhibet praxeos Hippocraticae. Hanc autem scriptionem consideraturi, illud nobis proposuimus, ut primo quaedam ad libri initium animadvertamus; id enim universam iterum rationem doctrinae Hippocraticae spectat, et *πρόνοιαν* inprimis, circa quam omnis fere haec divini senis disciplina versatur. Deinde vero ex methodo, qua in pulmonis inflammationibus Ptisanam adhibere jubet, ipsius diaetetices cum *προνοίᾳ* affinitas nobis apparebit.

Initio libri in Scholam Cnidiam invehit: »Qui Cnidias", inquit, »appellatas sententias scriptis tradiderunt, ii sane, quae in singulis morbis aegri patiantur, et quo»modo eorum nonnulla ipsis eveniant, recte conscripserunt; et hucusque quidem »quae quivis etiam medicinae ignarus recte scribere potuerit, si probe ex uno»quoque aegro, quae patiatur, intellexerit. At quaecumque medicum non re»ferente aegro praedixisse oportuit, ea magna ex parte praetermissa sunt, quae»dam in quibusdam, nonnullaque ad conjecturalem cognitionem valde accom»modata."

Ut hunc locum plane intelligamus, in memoriam nobis revocandum est Prognostici initium, quo constitit *πρόνοιαν* re vera morbi notionem universalem philosophicam complecti. Cnidii nimirum non comprehensam habebant intelligentia omnium signorum doctrinam, neque eorum vires inter se collatas ratione expendere noverant, quod in medico prorsus requiri monuit Auctor in fine Prognostici. Empirici tantummodo facti erant, monente SPRENGELIO, nullo alio nomine artis imperitis praestantiores, quam eo, quod remedia qualiacumque aegris exhibuerint. Symptomata morborum observarunt quidem et descripserunt, verum eos latebat nexus, quo alia cum aliis cohaerent: hinc non praedixerunt, quae aegri praetermiserant.

»Cum vero ad conjecturalem cognitionem (*τέκμαρσιν*) referatur, quomodo sin»gula curare oporteat, in iis multo aliter quam illi disseruerint sentio."

Ex his verbis cum praecedentibus collatis totam tenemus disciplinae Hippocraticae rationem, omnemque ejus finem. *Πρόνοια* nimirum omnem illam continet scientiam, quâ instructus sit medicus oportet, ut praeterita enarret, praesentia cognoscat, futura praedicat. Hujus autem finis est *τέκμαρσις*, qua futurum rerum eventum ex signis collatis, computatis, intellectis, praedicit medicus, et indicationem inde petit. Jam in Epidemiorum libris docuit HIPPOCRATES praevidentiam eo ducere, ut sciat artifex *οὖς, καὶ ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτᾷν.* Idem vero hic monet.

Quodsi igitur cum praecedentibus haec comparamus, inde sane vera doctrinae HIPPOCRATICAE ratio apparebit. Haec enim naturae res gestas plane tangebat; observatione, comparatione et ratiocinio analogico eo pervenerat magnus Cous, ut signa intelligeret, ex intellectis futura naturae molimina praevideret, quae quominus turbaret, sed quantum fieri poterat, promoveret, omni studio enitebatur. Juvare et non nocere continuo in votis habebat; ad hanc normam omnem suam informavit Diaeteticen, quam huic fini pereleganter respondere mox videbimus.

» Ac neque solum ob id non laudo, sed quod paucis etiam numero remediis » usi sunt. Nam et plurima ab ipsis relata sunt (praeterquam in morbis acutis), » medicamenta deorsum purgantia exhibenda, et serum et lac tempestive propi- » nandum. Haec igitur si bona essent, et morbis, quibus exhibenda monent, con- » venientia, longe majori laude digna essent, quod pauca sufficerent. Nunc vero » res aliter se habet."

Quem antea in Praenotionibus laudavimus veri et simplicis sensum, quemque in omnibus HIPPOCRATIS scriptis animadvertimus, eundem hicce locus spirat. Parcior remediorum numerus magis placeret HIPPOCRATI, quam major illorum copia, dummodo par esset morbis vincendis, quos per multos cognoverat annos. Non arrogantis, scientiâ superbi reprehensoris personam hic agit magnus Cous, verum aequi et vere sapientis. Aph. 64. Sect. V. de lactis usu haec habemus: *Lac exhibere capite dolentibus, malum. Malum item a febricitantibus, et quibus praecordia sublata murmurant et siticulosis. Malum quoque et quibus biliosae sunt dejectiones, quique febre acuta laborant, et quibus copiosa sanguinis dejectio facta est. At tabidis lac dare convenit, non valde admodum febricitantibus, et in febribus longis et languidis, dum nullum ex supra commemoratis signis adfuerit, et praeter rationem extenuatis.*

» Qui tamen postea recognoverunt (27), ii medice magis, quae singulis exhibenda

(27) *Οἱ ὕστερον ἐπιδιασκευασθέντες.* *Ἐπιδιασκευάζω*, *emendo*, de nova editione libri alicujus adornanda accipitur.

» sint, percurrerunt. Sed neque de victus ratione quicquam effatu dignum ve» teres scriptis tradiderunt, eamque, quamvis magna res sit, omiserunt."

Aequus idem HIPPOCRATIS animus, ut habet SPRENGELIUS, fatetur Cnidios in arte progressus fecisse, quamvis eorum doctrinam non ab omni parte laudet. Antiquiores vero hujus scholae medicos in eo culpat, quod Diaetam neglexerint, quam in morbis acutis summi momenti esse hoc libro docet (28).

» Varia tamen morborum singulorum genera multiplicemque illorum divisionem » non ignorarunt quidam. At numeros morborum singulorum plane declarare » studentes, non recte scripserunt. Neque enim quis facile numeret (οὐκ εὐαρί» θμητον εἴη), si quis ex eo aegrotantium morbum aestimet, quod ab altero re qua» dam differat, neque eumdem esse morbum reputet, nisi eodem nomine nuncu» petur. Mihi autem placet ut ad omnem artem animum attendamus. Nam » quae recte procedunt opera, ea recte singula facere oportet, quae item cele» ritate opus habent, celeriter, quae etiam munditiem desiderant, munde; et quae » citra dolorem tractari postulant, ea quam maxime fieri possit, sine dolore fa» cere: caeteraque omnia id genus, multo aliter quam proximi, meliorem in for» mam commutare convenit. Sed maxime eum medicum probaverim, qui in mor» bis acutis, quorum vi plerumque homines intereunt, longe melius caeteris se » gerat."

Patet ex hoc loco Cnidios Nosologiam quamdam condidisse symptomaticam, nullius prorsus in arte utilitatis. Philosophicum vero HIPPOCRATIS ingenium ipsam cognoscere studebat aegrorum conditionem; in virium vitalium conditionem inquirebat: num vigerent, an vero languidae essent vel oppressae; num aeger morbo ferendo sufficeret, nec ne; et pro vario, in quo versari deprehendebat aegrotantem, statu, varia quoque medicamina adhibebat, variamque instituebat victus rationem. Cnidii vero diagnosin magis coluisse videntur, quam auream illam scholae Coae πρόνοιαν, atque inde factum esse puto, ut minus aptos sese praestiterint medicos, quam divinus senex. Illorum enim Nosologia non eo ducere

(28) SPRENGELIUS ad haec verba monet seqq. » Keine falsche Beschuldigung! HIPPOCRATES » werk von der Lebensordnung war das erste und bleibt das einzige in seiner Art. Die ganze » Kunst seiner Vorgänger, der Priester des AESCULAPS, bestand in Beobachtung der Erschei» nungen des Kranken Zustandes, und in Verordnung weniger, bisweilen abergläubiger Mittel." At vero ex contextu, quo haec omnia HIPPOCRATIS verba comprehenduntur, constat illum veteres Cnidios, non decessores suos Coos hic significare per τοὺς ἀρχαίους; tum neque auxilia superstitiosa commendaverunt. Primis temporibus id factum esse, haud equidem negaverim, sed ipse SPRENGELIUS illis ipsis quoque Praenotiones Coacas adscribit, quibus docemur eos vel maxime rationalem in modum artem fecisse.

potuit, quo duxit Prognostice Coorum; non tendebat ad veram signorum intelligentiam, neque ad ullum finem erat accommodata, nisi forte vanam quamdam vocabulorum τεχνικῶν ostentationem excipias. GALENUS ad hunc locum adnotat quae sequuntur: *Dixit paulo ante, Cnidios medicos statim per initia de morbis plus quam deceat scripsisse, hi sunt bilis morbi septem; ad hunc autem modum ac rursum in partibus inferioribus vesicae morbi duodecim; in iisdem quoque partibus inferioribus renum morbi quatuor, ac postea iterum vesicae morbi stranguriae duodecim, mox etiamnum deinceps tetani tres, posteaque icteri quatuor, praeterea denique tabes tres. Ad corporum enim varietates, quae multas ob causas immutabantur, respexerunt, praetermittentes affectuum identitatem* (τῶν διαθέσεων τὴν ταυτότητα) *perpendere, quemadmodum accurate perpendit HIPPOCRATES, ad eorum inventionem methodo usus, qua duntaxat morborum numerum invenire conceditur* (29). Jam vero eum maxime laudat medicum HIPPOCRATES, qui in morbis acutis prae aliis excellit. Est autem haec sententia tanto ingenio perdigna, quandoquidem in his praesertim occasio praeceps est, et acutum judicium et promptum plurimum valet. Velocem reputemus motum, quo praecipitabantur, quos ille observavit, morbi acuti, de quibus ipse Aph. 19. Sect. II. monet, non in totum certas esse illorum praenunciationes, neque salutis, neque mortis.

(29) SPRENGELIUS ad hunc locum haec habet: »FRANZ VALLESIUS führt mich auf einen sehr »guten Gedanken bei dieser Stelle. Die Knidier waren in der That nicht so sehr zu tadeln, »dass sie die Zahl und Nahmen der Krankheiten vervielfältigten, da, bei der Kindheit des »menschlichen Geistes, und bei der geringen Menge von Erfahrungen, die Induction noch »nicht Statt finden konnte, vermöge deren man die wesentlichen von den zufälligen Erschei»nungen unterscheiden, und das was mehrere Krankheiten gemeinschaftlich hatten, auswählen »konnte. Die Zöglinge der Knidischen Schule wurden angehalten bloss zu beobachten: sie »bemerkten also alle und jede Zufälle der Krankheit ohne Unterschied und ohne Rücksicht »auf ihren mehr oder wenigern Zusammenhang mit dem Wesen der Krankheit selbst. Diesen »Zusammenhang konnten sie auch unmöglich fassen, da ihnen die Hülfsmittel fehlten, das »Wesen der Krankheiten zu erforschen. Sahen sie also ein dreitägiges Fieber mit Starrfrost, »das andere mit Wahnsinn, so waren das verschiedene Gattungen...... Die Koische Schule »hatte von jeher einen ganz andern Gang gewählt: ihre Beobachtungen erstreckten sich nie »so sehr auf die Arten der Krankheiten als auf die Wirksamkeit der Natur in denselben, und »auf das, was der Arzt auch ohne die Berichte des Kranken wissen muss.'' Egregie quidem haec omnia, modo id unum excipias, quod infantiae ingenii humani tribuatur Cnidiorum medicinam colendi ratio: nam Coi et Cnidii aequales fuerunt. EURYPHON et CTESIAS secundum SPRENGELIUM HIPPOCRATIS aetate vixerunt, et vidimus in primo hujus Diss. Capite jam diu ante apud Coos optimum illum medicinae cultum exstitisse, ita ut soli huic diversae utriusque scholae methodo, diversos illarum progressus tribuerim. Quare vero adeo diversam sibi viam elegerint, equidem nescio; sed Coos sponte ad suam methodum pervenisse, prius demonstravimus.

Atque haec quidem ad libri exordium animadvertenda visa sunt; sequuntur jam querelae de medicorum plebejorum vana jactantia et discrepantia, noxisque inde in medicinam exorientibus, quae totidem sunt excellentis viri ingenii testimonia. Tandem ad Ptisanae usum laudandum, eâque utendi rationem indicandam pervenit, qua de re jam paucis videamus.

Ptisanam in morbis acutis omnibus frumentaceis eduliis anteponit, quum sit nutrimentum blandum, emolliens, innocuum, digestu facile, quo titulo aegros continuo illam sumere posse docet, nisi remedium qualecumque purgans ab ejus usu abstinere jubeat (30). Hîc autem consuetudini obtemperandum esse refert, ita ut iis, qui bis die cibum capere consueverint, bis danda sit Ptisana, his vero, qui semel cibum capere consueverint, primo die semel danda, paulatim autem progrediendo, si fieri possit, iis etiam bis danda, si quid adjiciendum videatur. Ratio vero quare, ubi copia nutrimenti augenda est, bis dare moneat illis, qui semel tantum cibum capiunt, in eo videtur posita, quod caeteroquin omnibus simul sumtis ventriculus onere aggravaretur et digestionis difficilioris opus perturbaret coctionem et crisin, vel recidivam provocare posset (31).

» Verum inter initia," inquit, » neque multa copia, neque valde crassa exhi- » benda, sed ut consuetudinis caussa aliquid ingeratur, et ne multa vasorum ina- » nitio fiat. Quod autem ad sorbitionis adjiciendae quantitatem attinet (32), si » quidem siccior, quam quis existimet, morbus fuerit, non magna copia exhibenda, » sed ante sorbitionem vel mulsa, vel vinum, vel quodcumque magis conveniat » propinandum. In singulis vero generibus, quodnam sit accommodatissimum, di- » cetur."

(30) Conf. PROSPER MARTIANUS p. 262. sui operis; ubi haec: » quod quidem absque ratione fac- » tum esse, asserendum non est, ne scilicet ab assumto alimento purgatio interrumperetur, » nam ab assumto alimento perfecta purgatio interrumpitur, quae per subsequentem inediam » perficitur" cet.

(31) SPRENGEL *Apologie* II. p. 300.

(32) Sorbitio, *τὸ ῥόφημα*. SPRENGEL l. l. p. 285 haec habet: » Ungeachtet das Wort *πτισάνη* » ursprünglich mehrere Arten von Getraide anzeigte, so wurde es doch am meisten von der » Abkochung der geschrotenen Gerste gebraucht. Man schrotete die Gerste, das heisst, man » stiess in der Mühle die Ecken ab, und nahm ihre Schaale weg. GALEN tadelt die Sitte » seiner Zeit, zur Ptisane wirklich gemahlene Gerste an zu wenden, da die davon bereitete » Abkochung bei weitem nicht so wirksam sei, als von der bloss geschrotenen. Die Ptisane » des HIPPOCRATES war demnach eben so sehr von unserm gewöhnlichen Gerstenwasser ver- » schieden, als von der sogenannten Graupenschleim. Man liess sie entweder bloss so trinken, » wie sie abgekocht worden, oder man seihte sie durch. In jenem Falle hiess sie *πτισάνη* » *ἀδιήθητος*, in diesem *ῥόφημα* oder *χυλὸς πτισάνης*."

Crudo morbo igitur a nutrientibus abstinendum, excepto, quod, ut consuetudini satisfiat, paucum ingeratur. Diluentia vero danda esse existimat. Vinum dulce infra in hoc libro sputum potentius educere monet vinoso, propter ipsam dulcedinem, μελίκρητον vero pulmonem emollire et sputum mediocriter educere, tussimque sedare.

» Quodsi os humescat, et quae ex pulmone efferuntur convenientia fuerint, in » summa, sorbitionis quantitatem adjicere convenit. Quae namque celerius ma- » gisque madescunt, judicationis celeritatem denunciant, quae vero tardius et » minus, tardiorem judicationem significant. Atque haec quidem prorsus hoc » modo se habent. Sed et multa quoque alia peropportuna praetermittuntur, ex » quibus significationem capere convenit (οἷσι προσημαίνεσθαι δεῖ), quae deinceps » referentur."

Apparet hic jam προνοίας usus, nimirum ex ore humescente et sputis laudabilibus, coctis, prodeuntibus crisis futura conspicitur, quae quo die intercidat sciendum omnino est, nam » quo copiosior purgatio fuerit, eo major quantitas ad judi- » cationem usque adjicienda, praecipue vero duobus ab judicatione diebus, qui- » bus quidem, aut quinto, aut septimo, aut nono judicatio fieri videatur, ut etiam » dierum paritatis et imparitatis ratio habeatur."

» Post hoc autem," ita pergit, » mane quidem sorbitione utendum, vespere vero » ad cibos transeundum."

Cur autem, ita PROSPER MARTIANUS, *in coena potius quam in prandio cibos dare incipiat, ratio posita est in consuetudine; cum enim antiqui per sanitatem copiosiorem coenam facerent, jure merito in gratiam consuetudinis coena augenda primum erat. Quare nostri contrarium facientes non sunt reprehendendi: nam consuetudo in contrarium permutata est pluribus in locis, ut prandium coenā copiosius fiat* (33). In universum igitur vult HIPPOCRATES, ut sub morbi initium parcum cibum capiant aegrotantes, sed sub coctione tantum quantum sufficiat ad crisin efficiendam et ferendam, qua facta sensim sensimque ad pristinam victus rationem redire jubet. Utilitatem inde magnam percepit » magnaque ex

(33) SPRENGELIUS ad hunc locum: » Aber warum empfiehlt HIPPOCRATES den Genuss festerer » Nahrungsmittel des Abends und die Ptisane hingegen des Morgens? weil er sich von dem » Nutzen des Schlafs zur Beförderung der Kochung und Verdauung sehr viel versprach, weil » am Tage der aüsserer Reize so viele sind, die die Thätigkeit der Natur auf andere Gegen- » stände leiten, dass die Verdauung nicht mit der Lebhaftigkeit geschehen kann als zur Nacht- » zeit, wo keine aüssern Gegenstände die Wirksamkeit der Natur stören können." Nobis tamen probabilior videtur PROSPERI MARTIANI opinio.

» parte haec conferunt iis, qui statim Ptisana integra utuntur. Nam et pleuri-
» ticorum dolores statim sponte desinunt, ubi quid effatu dignum spuere et
» expurgari coeperint, purgationesque longe perfectiores sunt, et minus purulenti
» evadunt, quam si aliam quis victus rationem instituat; praeterea judicationes
» simpliciores fiunt, meliusque judicantur et minus revertuntur."

Sufficiant haec ad Prognosticam indolem hujus quoque libri indicandam. Supersunt Aphorismi, qui quum summam complectantur universae disciplinae Hippocraticae, inde sequitur Prognosticam illorum esse debere indolem. Lubet igitur ea loca ex Aphorismis, quae cum aliis ex Praenotionibus conveniunt, invicem conferre, ut aliquatenus de progressibus, quos HIPPOCRATES in arte fecerit, judicare possimus.

§ 4.

APHORISMI.	COACAE.
E Secunda Sectione.	
23. *Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.*	147. *Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα.*
27. *Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν· οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τοιουτέων ἐστιν ἀβέβαια· καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν* (1).	48. *Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.*
31. *Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτεῦντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα μοχθηρόν* (2).	127. *Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες εὔσιτοι, μηδὲν ἐπιδιδόντες, ἐπιστρέφουσι κακοήθεις.*

(1) Idem in genere sensus est utriusque loci, cum quibus conf. Prorrh. 52. Cap. nostro I. Aphorismi enunciatum Coacae illo recentius esse, ipse docet modus, quo profertur, quippe multo explicatius propositum est et rationes reddit, quare haec symptomata parum fide digna sint censenda. Sunt enim inconstantia. Ad veram hujus loci intelligentiam, requiritur ut moniti reminiscamur, quod in Prognostico tam frequenter inculcavit, omnia signa simul esse computanda.

(2) Animadvertimus HIPPOCRATEM latius posuisse limites enunciati in Coaca, quod verosimiliter nec sine consilio fecit. Nimirum non semper illud phaenomenon recidivam indicat, sed saepius quoque infaustum morbi exitum. Cogitemus conditionem hecticam ex ulcere pulmonum post peripneumoniam.

APHORISMI. COACAE.

E Sectione Tertia.

24. *Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε ξυμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν, ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ* (3), *ὤτων ὑγρότητες.*

25. *Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν, οὔλων ὀδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας· καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων, καὶ τοῖσι σκληρὰς κοιλίας ἔχουσι* (4).

26. *Πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι, παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες* (5), *ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχόρδονες* (6), *σα-*

(3) » Umbilicorum'', inquit GALENUS, » inflammationes, non multo ante praecisorum, merito re» cens natis puerulis accidunt, quemadmodum si qua alia pars fuerit ulcerata.''

(4) GALENUS: » illud autem'', inquit, » *τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς* » *κοιλίας ἔχουσι*, ad convulsiones refertur, quum his maxime pueris dicat convulsiones fieri, » qui crassissimi sunt et alvos duras habent. Tales enim plethorici sunt et scatent excrementis, » ideoque convulsionibus facile corripiuntur: maxime vero ejusmodi naturas convulsiones ob» sident laeduntque.'' In sanioribus, fortioribus illis infantibus major est partium robur, vigetque magis ipsa dynamis, unde validior in his, quam in reliquis, reactio.

(5) Vertebrae luxationem illam repetit GALENUS a musculis in *παρισθμίῳ* inflammatis et hanc vertebram trahentibus, ita ut ad partem anteriorem cervicis inclinetur. Verumtamen musculi in angina hac affecti non luxabunt vertebram, nisi per accidens convulsiones oriantur, vel vertebrarum ligamenta prorsus sint relaxata, ut habet SPRENGELIUS *Apol.* I. p. 272. CELSUS etiam lib. II. ad finem cap. I. huic aetati adscribit *vertebrarum, quae in spina sunt, aliquas inclinationes*, et lib. VIII. cap. XIV. vertebras excidere scribit et in posteriorem partem et in priorem. *In utramvis*, inquit, *partem exciderint, a posteriore parte vel tumor, vel sinus erit.* Jam vero SPRENGELIUS mentionem facit luxationis hujusmodi a spasmo musculi sternocleidomastoïdei, quam curare demum potuerunt dissecto musculo ad insertionem in manubrio sterni. SWIETENIUS *Comm.* Tom. II. p. 704. haec narrat: » Contigit mihi semel » tale quid videre in infante decem menses nato, cui caput retro inclinatum erat, guttur » prominulum, et manifesta in cervice cavitas apparebat. Cum autem ob infantis miserrimos » ejulatus exacte locum affectum scrutari non daretur, non potui accurate distinguere, quae» nam vertebrae cervicis introcessissent. Nihil deglutire poterat infans, et post validas con» vulsiones hoc malum secutum fuerat. Nemo mirabitur tales luxationes vertebrarum a con» vulsionibus fieri posse, inprimis in tenera aetate; dum etiam in adultis et robustis, epi» lepsia correptis, membra distorqueri, luxari etc. saepius observatum fuerit.''

(6) *Ἀκροχορδόνες verrucarum quaedam genera dolentia* a CELSO dicuntur loco mox citato.

APHORISMI. COACAE.

E Sectione Tertia.

τυριασμοὶ (7), στραγγουρίαι, χοιράδες (8) καὶ τ' ἄλλα φύματα (9), μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

27. Τοῖσι δ' ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες (10).

28. Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι. τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν (11).

(7) *Σατυριασμοὶ οἱ περὶ τὰ ὦτα προμήκεις ὄγκοι τῶν ἀδένων* a GALENO vocantur in Exegesi Vocabulorum Hippocrateorum; addit vero: *ἔνιοι δὲ τὰς τῶν αἰδοίων ἐντάσεις ἤκουσαν.* SPRENGELIUS vertit *Geschwülste der Ohrendrüsen*: »Anders,'' inquit, »konnte ich nicht über»setzen, da die Steifigkeit des männlichen Gliedes nicht hieher passt.''

(8) *Χοιράδας* de *scrophulis* accipit SPRENGELIUS, FOËSIUS in *Oecon. strumas* vocat.

(9) Ad alia illa *φύματα* GALENUS haec habet: *λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα, φλεγμοναί τινες αὐτόματοι τάχιστα μὲν γεννώμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυΐσκόμεναι, καὶ πλείστη γε καὶ ἡ τούτων γένεσίς ἐστιν ἐν βουβῶνι καὶ μασχάλῃ, ὅτι καὶ ἀδένες ἐνταῦθα πολλοὶ φύσιν ἔχοντες εἰς ἑαυτοὺς ἑτοίμως δέχεσθαι τὰ περιττά.*

(10) Non convenit inter viros doctos de aetate, quam hoc loco spectaverit HIPPOCRATES. GALENUS refert: »Pueri, post annnm decimum quartum pubescere incipiunt. Qui vero prope »hanc aetatem accedunt, sunt qui duodecimum, aut tertium decimum, aut quartum decimum »etiam annum agunt.'' CELSUS lib. II. cap. I: »Incipiente vero jam pube,'' dicit, »ex iis»dem multae et longae febres et sanguinis ex naribus cursus.'' J. DE GORTER haec habet: »Ego vero existimo, secundum generalem aetatis divisionem hic intelligi debere tempus aeta»tis a decimo quarto ad vigesimum primum annum, quod tempus adolescentiae solet vo»cari pubertas.'' Hunc secutus est SPRENGELIUS. Jam diu ante hosce fere annos cogitavit etiam HOLLERIUS. Quodsi cum praecedentibus et sequentibus Aph. hunc nostrum comparemus, his facile assentimur. Quod ad longas febres, quarum mentio fit, *chlorosin* in virginibus his indicari credunt, *epistaxes* vero ad adolescentes pertinere.

(11) CELSUS etiam hunc locum refert his verbis: »Maximeque omnis pueritia, primum circa »quadragesimum diem, deinde septimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem »periclitatur. Si qua etiam genera morborum in infantem acciderunt, ac neque pubertate,

APHORISMI.

E Sectione Tertia.

29. Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι (12), καὶ τ' ἄλλα νουσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

30. Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπλευμονίαι, λή-

COACAE.

512. Τὰ δὲ πρὸ ἥβης οὐ γίνεται νοσήματα, περιπλευμονικὰ, περιπλευριτικὰ, ποδαγρικὰ, νεφρῖτις, κιρσὸς περὶ κνήμην (13), ῥοῦς αἱματηρὸς (14), καρκῖνος μὴ σύμφυτος (15), λευκὴ μὴ συγγενὴς (16), κατάῤῥους νωτιαῖος (17), αἱμοῤῥοῒς, μὴ σύμφυτος χορδαψὸς (18)· τού-

»neque primis coïtibus, neque in foemina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt: »saepius tamen morbi pueriles, qui diutius manserunt, terminantur.'' Ad diem hunc quadragesimum haec animadvertit SPRENGELIUS: »Der vierzigste Tag nach der Geburt ent- »scheidet gewöhnlich die Krankheiten neugebohrner Kinder, da auch mit diesem Tage meis- »tentheils die Natürlichen Folgen der Geburt bei der Mutter verschwinden. Es war oft »bei Kindern eine Gelbsucht angebohren, die sich nur erst mit dem vierzigsten Tage en- »digte, u. s. w.'' Septimo mense vulgo dentes lactei prodire incipiunt; anno septimo circiter aut octavo hi quidem decidunt, et in eorum locum permanentes succrescunt. Sunt hae evolutionis periodi maxime notabiles, nec minus pubertas, cum corpus humanum sensim sensimque ad fastigium perfectionis, quam acquirere possit, adscendit.

(12) Si cum Coacis 345. 599. locum hunc conferas, efficias inde illam potissimum Epilepsiam hic spectari, quae oritur a solitis evacuationibus sanguinis suppressis; unde intelligitur GORTERI haec animadversio: »An HIPPOCRATIS tempore et in ejus regione in juvenibus frequens »fuerit Epilepsia, negare haud possum; sed nostris temporibus et in hac regione rarum »est observare, nisi aliquis a pueritia eo morbo correptus fuerit. Si vero per Epilepsiam »eam vult intelligere convulsionis speciem, quam in puellis referunt ad passionem hysteri- »cam, omnino hujus morbi in hac aetate frequens est observatio; cum foeminae mensium »suppressione vel et profluvio laborantes, saepe tentantur insultibus Epilepticis, quem mor- »bum hodie referunt ad suppressionem uterinam, etiamsi omnes characteres Epilepsiae ha- »beat.'' Aph. 45. Sect. II. leguntur seqq.: »Ex comitialibus, juvenes mutatione potissi- »mum aetatis, et regionum, et victuum, liberationem accipiunt.''

(13) Est *Varix;* FOËSIUS in *Oecon.*

(14) Alii de uterino fluxu quocumque accipiunt, alii de profluvio sanguinis ex naribus, aut etiam aliunde. FOËSIUS.

(15) Sub hoc *cancri* nomine varia ulcerum genera, quin etiam gangraenam, intellexerunt veteres, secundum SWIETENIUM I. p. 872. Conf. etiam *Oecon. Hipp.* — Forsitan cancer uteri hic spectatur, de quo vide ARETAEUM *περὶ ὑστερικῶν*, p. 64. *Edit.* BOERHAAVII, qui de ulcerato et non ulcerato loquitur et priorem speciem habet periculosiorem.

(16) Leprae et impetiginis species est, secundum FOËSIUM.

(17) Unicum hunc esse locum monet FOËSIUS, quo de hoc morbo sit sermo. »Videtur,'' inquit, »defluxio in medullam spinalem indicari.'' CORNARIUM et HOLLERIUM phthisin *νωταῖαν* intellexisse refert, quod haud absurdum videtur.

(18) De ilei seu volvuli specie hoc nomen antiquos, quos inter CELSUM citat, GALENUM, ARETAEUM, accepisse, refert FOËSIUS, ipseque vidi. PROSPER MARTIANUS vero haec adnotat: »De Cordapso HIPPOCRATES nullibi, quod sciam, mentionem facit, praeterquam hoc loco, ut

APHORISMI.

L' Sectione Tertia.

θαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολεραὶ, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

31. Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι (19), νεφρίτιδες (20), ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι. (21).

COACAE.

των τῶν νοσημάτων πρὸ ἥβης οὐ χρὴ προσδέχεσθαι γενησόμενον οὐδέν. ἀπὸ τεσσαρωνκαίδεκα μεχρὶ δυῶν καὶ τεσσαράκοντα ἐτέων πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίνεται· πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης μέχρι ἑξήκοντα τριῶν ἐτέων οὐ γίνονται χοιράδες (22), οὐδὲ λίθος ἐν κύστει, ἢν μὴ τύχῃ πρότερον ὑπάρχων, οὐδὲ κατάῤῥους νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρῖτις, ἢν μὴ παρακολουθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης, οὐδὲ αἱμοῤῥοΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς,

» non sit facile determinare, quid hoc nomine intelligi velit. Nam etiamsi pro tenuioris in» testini morbo a posterioribus medicis usurpatum fuisse inveniam, de hoc tamen HIPPOCRATEM » intellexisse mihi persuadere non possum, quia, dum inquit *non cognatum*, supponit hunc » morbum principium aliquando in utero habere. At quis dicet Ileum morbum acutissimum » ab utero initium habere? Praeterea cum is a cruditatibus saepissime ortum ducat, quas » pueri propter edacitatem facile incurrunt, non videtur a pueritia rationabiliter excludi, nec » pariter verisimile est accipi pro eo morbo, quem latus vermis inducit, quia talis affectio » cum omnibus congenita sit, ipsomet HIPPOCRATE teste (libro IV. de Morbis), male dixisset » HIPPOCRATES *non congenitus*, quare ego dicerem HIPPOCRATEM Cordapsi nomine intelligere » affectum quemdam musculorum, per quem illorum chordae vehementer tenduntur, doloro» sumque tractus sensum incutiunt, qui quidem vulgari nomine *Granchio* (de Kramp) appel» latur.'' Cum MARTIANO in eo facio, quod non intelligat volvulum. Neque taeniae praesentiae facile hoc dictum accommodaveris. Verum musculorum spasmum quare cogitet nescio, nisi id fecerit ob verbi Etymologiam, qualem ipse docet. Etenim licet affirmet hunc morbum in pueris non contingere, nisi contrariam dispositionem in utero contraxerint, manifesto tamen patet pueros, quippe irritabiliores, huic vitio magis obnoxios esse quam adultos: quodsi praeterea de morbo congenito in Coaca sit sermo, qui in alteram aetatem producatur, permanentem intelligendum esse existimo affectum, quia caeteris hujus sententiae locis ita accipitur. Equidem ignorantiam hîc fateri non erubesco.

(19) *Ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος ἡ ἀρθρῖτις.* ARETAEUS lib. II. cap. 12.

(20) GALENUS: » Quum vero,'' inquit, » ipsis multa ac crassa excrementa generentur, insuperque » virium adsit imbecillitas, renes saepius obstruuntur et lapides procreant.'' FOËSIUS in *Oecon.* *νεφρῖτιδα* omnem dicit significare renum morbum.

(21) Nullus non videt magnos progressus observationum inter varia tempora, quibus Coaca et Aphorismi composita fuerunt. Aptior dispositio et observatio crisium morborum aetatum extra omnem dubitationem ponunt Aphorismos esse recentiores.

(22) Rite attendendum est ad exceptionem morborum a diversis aetatibus, quippe enumerantur illi, qui memorata aetate non infestant, ita ut scrophulae derogentur ab omni vitae tempore, quod est ab anno inde quadragesimo secundo: sed ante hanc aetatem adesse posse dicantur. Similiter de reliquis.

APHORISMI.	COACAE.
	ἢν μὴ πρότερον τύχῃ γεγενημένος· ταῦτα μέχρὶ γήρως ἀπέχεται νοσήματα.
E Sectione Quarta.	
11. Ὁκόσοισι στρόφοι καὶ περὶ τὴν ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακίης, μήτ᾽ ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται (23).	304. Ὑπὲρ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπιῶδες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ.

(23) Etiam hoc de morbo discrepantia existit inter Auctores; plerique *Hydropem siccum* credunt *Tympanitem* indicare. DURETUS: »Hydrops,'' inquit, »siccus, aliter quoque τυμπανίας ἢ τυμπα»νίτης.'' SWIETENIUS diversam refert intestinorum partem flatu distentam esse, pro diversa doloris sede, Tom. IV. pag. 173. GRÜNER *Bibl. der alten Aerzte*, Tom. I. Coacam 458. ita vertit: »Bey der Trommelsucht ist knurren in den dünnen Därmen ein böses Zeichen.'' Ab his autem differt PROSPER MARTIANUS, qui: »Quodsi,'' inquit, »in Aphorismis et »libro Coacarum Praenotionum Hydrops siccus recensetur, hoc nomine Tympanitem recen»tiorum intellexisse, affirmare non auderem; sed Ascitem potius, in quo quidem corpus modo »laxo tumore et molli tumet, modo extenuatur et exsiccatur, ideo ille humidus hydrops, »hic vero siccus dictus est, cui alia siccitatis nomina associantur; et de hoc HIPPOCRATEM »intellexisse existimo Sect. III. lib. Praen. Coac. v. 56. (FOËSIO C. 481), ubi ita legimus:'' »»Quos ex aliqua aegritudine hydrops circumvenit, iis alvi resiccatae caprinis stercoribus »»similia dejiciunt cum mucosa eliquatione, neque laudabili urina. Hypochondriorum autem »»distensiones, ventris dolores ac tumores et circa laterum inanitates ac spinae musculos »»dolores incidunt. Febris quoque, sitis ac tusses siccae comitantur, et ad motiones spirandi »»molestia et crurum gravitas. Cibos etiam aversantur, paucisque sumtis explentur.'''' »Quae »quidem symptomata, cum sint siccitatis soboles, merito, in quo vigent, Hydrops siccus dici »potest.'' Dein eâdem pag. 285. ad Aphorismum nostrum haec adnotat: »Hanc sententiam »mihi persuasit experientia. Nam cum bis videre praefatum casum Aphorismi mihi conti»gerit, ambos aegrotantes in Ascitem, non in Tympanitem dictum incidisse, observavi, cum »symptomatibus tamen siccitatis superius ex HIPPOCRATE recensitis.'' Videamus num efficere possimus, ab utra parte sit veritas aut error. Interpretes, qui Tympanitem cogitarunt, GALENUM secuti videntur, quippe qui ad hunc Aphorismum haec scribit: ὀνομάζεται δ᾽ ὑπὸ τῶν μετ᾽ αὐτὸν (HIPPOCRATEM) ἰατρῶν ὁ τοιοῦτος ὕδερος, τυμπανίας, ὅτι κρουόμενον τὸ ὑπογάστριον ἀποτελεῖ ψόφον, οἷόν περ τὰ τύμπανα· καὶ γὰρ οὖν κατ᾽ ἐκεῖνα διὰ τοῦ περιτεταμένου δέρματος ὁ ἀὴρ πλήττεται, κ. τ. λ. — Jam vero inquirendum est, quid veteres per *Tympanitem* intellexerint. CELSUS lib. III. cap. 21. tres species hydropis statuit: »Nam,'' inquit, »modo ventre vehementer intento, creber intus ex motu spiritus sonus est: modo »corpus inaequale est, tumoribus aliter aliterque per totum id orientibus: modo intus in »uterum aqua contrahitur et moto corpore ita movetur, ut impetus ejus conspici possit. »Primum τυμπανίτην; secundum λευκοφλεγματίαν, vel ὑπὸ σάρκα; tertium ἀσκίτην Graeci »nominarunt. Communis tamen omnium est humoris nimia abundantia; ob quam ne ulcera »quidem in his aegris facile sanescunt.'' Capite vero 7. Libri II. »Ejusdem,'' inquit, »morbi (aquae inter cutem) nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur, στρόφους »Graeci nominant, coxaeque dolores manent; eaque neque tempore, neque remediis solvun-

APHORISMI. COACAE.

E Sectione Quarta.

22. *Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων χολὴ μέ-* 68. *Πυρέσσοντι ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ*

»tur.'' Hicce locus ergo versionem refert Aph. nostri, atque ex CELSI verbis efficias, eum Tympanitem re vera hydropis speciem habuisse. ARETAEUS lib. II. cap. 1. de hydrope scribens haec enarrat: »Verum ejus nomen aliud atque aliud, nam si sit humida suffusio (*παρέγ-* »*χυσις ἔνυγρος*), quae in ilibus fluitet et prae inflatione, quum verberantur, tympanum »quodammodo referant, *τυμπανίας* nominatur''; et mox: »tympanias autem, ultra tumoris spe- »ctaculum etiam auditu sonorus est. Nam ad palmae percussum abdomen sonum edit: neque »ad corporis conversionem spiritus locum mutat. Etsi enim locus ambiens aliquorsum in- »clinat, spiritus tamen aequalis supra et infra ubique permanet. Caeterum si in nebulam »et aquam spiritus vertatur (nam ascitis ex tympania gignitur), si non perfecte aliquando mu- »tatus fuerit, ex dimidio factus in ventre fluitat.'' Hic itaque Auctor magnam inter Ascitem et Tympanitem affinitatem assumit. Tympanitis ab ALEXANDRO TRALLIANO quoque inter hydropis species recensetur cap. 3. lib. IX. ubi: »Omnia,'' inquit, »commemorata »medicamenta etiam aliis aquae inter cutem speciebus, nempe asciti et tympaniae, citra san- »guinis detractionem conveniunt.'' et paullo post: »Nihil adeo hydropicos offendit ut den- »sitas meatuum, quae flatus et humores extenuet et discutiat.'' Unde patet eum sic statuisse, ut simul et flatus et aqua tumore hydropico contineantur. — Haec quidem omnia potius pro PROSP. MARTIANI sententia quodammodo pugnant. Jam vero illud inprimis agendum est, ut ex Hippocraticis libris ea colligamus loca, quae hanc rem plane tangunt. Praeter Aphorismum ergo et Coacam 304. habemus etiam Coacas 424, 453. et 458. Primo loco citato legimus: *τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδρωπιώδεα σκληρά:* quae si cum FOËSIO vertas: »spi- »rationes, quae non nisi erecta cervice ducuntur, hydropem siccum faciunt;'' ex imperfecta explicanda sunt symptomatum intelligentia, quandoquidem ultimum symptoma prioris causa est, non ejus effectus; sed nihil impedit, quo minus intelligamus orthopnoeam ex hydrope sicco fieri. Hoc autem aeque bene provocari poterit ab alvo flatibus distenta, quam aquae plena, nisi forte praestet Ascitem cogitare cum Hydrothorace conjunctum, unde haec spirandi molestia. Coaca 453. haec inveniuntur: *ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ στραγγουριϰὰ μοχθηρόν· φλαῦρα δὲ τὰ μιϰρὰς ὑποστάσιας ἔχοντα.* Hic autem *ascitem* potius cogitarem, quam *Tympanitem*, et spectari crediderim parcam urinam returbidam, quae in universum in hydropicis damnatur. Coaca 458. habemus *τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι προσημαίνουσι, στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, ϰαϰόν.* Quod quidem pari jure ad Ascitem et Tympanitem retuleris. Prostant vero loca, ubi Tympanites, vel certe Meteorismus (quippe hoc nomen ventri flatibus distento in morbo acuto tribuunt; SPRENGEL *Semiot.* p. 190), perspicue denotatur, nec tamen idcirco Hydrops siccus dicitur, sed aliis nominibus insignitur. Coaca 158. spectari videtur Meteorismus a sordibus in intestinis (SPRENGEL *Semiot.* p. 190), qui his verbis describitur: *ϰοιλίης ἐμφυσωμένης.* Ejusmodi quid porro significari existimo Prorrhet. 92. et C. 186, ubi sermo est de *ϰοιλίην ἐπηρμένοις.* Et Coaca denique 44. legimus: *ἐν πυρετοῖσι ϰοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεϰπίπτον ϰαϰόν.* ita ut his etiam verbis meteorismum indicari putaverim. Haec omnia igitur PROSP. MARTIANI sententiam potius confirmant, quam caeterorum, ita ut ejus partibus me fere addixerim. Verumtamen cum Ascite Tympanitis facile confundi potuit, si quidem, monente SWIETENIO (IV. p. 167), non semper in asciticis contentus in abdomine humor libere fluctuat, sed invenitur saepe in majoribus cavis membranaceis contentus, quo in casu *hydrops saccatus* vocari solet. Conf. caeterum

APHORISMI. COACAE.

E Sectione Quarta.

λαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον (24).

27. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται (25).

28. Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γενομένης, παύεται· καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων, παύεται (26).

29. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι, ῥίγεα γίνονται, δύσκριτα (27).

34. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

35. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόλις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ, θανάσιμον (28).

37. Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες, ξὺν μὲν ὀξεῖ

ἄνω, ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον.

153. Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγήσαντες ἱκανῶς ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι κοιλίας καθυγραίνονται.

332. Οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

627. Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει· κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα.

15. Οἷσιν ἑκταίοισι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτον.

277. Ἐν πυρετοῖσιν ἐξαπίνης πνίγεσθαι, καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι, χωρὶς οἰδήματος, κακόν.

278. Τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

573. Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς ἐν ὀξεῖ μὲν πυ-

RICHTER *Specielle Therap.* Tom. IV. p. 229. Illud etiam tenendum est, Coos Diagnosin minus excoluisse quam Prognosin, et utrumque morbum ab inflammationibus chronicis viscerum abdominalium, quas eorum aegrotantes saepius passi esse videntur, aeque facile oriri potuisse.

(24) Indicium est morbi periculosi, quandoquidem ejusmodi evacuatio initio morbi jam incidens non est critica, sed symptomatica.

(25) DE GORTER hunc locum accipit de alvo in morbis inflammatoriis strictiori, dein vero, phlogistica conditione sanguinis depletione soluta, liquidiori deposita. SPRENGELIUS illum intelligit de haemorrhagiarum effectu debilitante, digestionem laedente, atque inde diarrhoeam provocante. Coaca 332. certe accipienda videtur de imperfecta crisi per haemorrhagias, quam indicat urina non cocta, quae vero deinde porro perficitur alvi excretione.

(26) A capite namque revellit alvus deposita. Conf. Prorrhet. 129. cum iis quae adscripsimus.

(27) Sextum diem malis crisibus caeterum notari, jam in Epid. vidimus.

(28) Utroque Aphorismo habemus anginam paralyticam: in Aph. 34. a debilitate universali, ut videtur. Ad Aph. 35. cum quo convenit 59. Sect. VII. videantur, quae mox scripsimus ad Aph. 26. Sect. III.

APHORISMI. · COACAE.

E Sectione Quarta.

πυρετῷ γινόμενοι θάνατον, ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νόσου σημαίνουσι (29). | ρετῷ, θανάσιμος, ἐν πρηϋτέρῳ δὲ χρόνον σημαίνει.

40. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεται, μῆκος νούσου σημαίνει (30). | 50. Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν.

42. Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει (31). | 572. .... ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος, φλαῦρος· καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

43. Οἱ πυρετοὶ, ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι (32). | 116. Οἱ συνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι. 117. Οἷσιν ἂν ποτε πυρετὸς διαλίπῃ, ἀκίνδυνον.

44. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐγγίνονται (33). | 118. Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται· καὶ ἢν γένωνται, οὐκ ἄχρηστοι.

46. Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτει πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον (34). | 21. Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρόν.

47. Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱ- | 242. Πτυάλου ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες, ἐπιστάσαι μὲν

(29) Videantur loca de sudoribus in Prognostico.

(30) In Coaca spasticae stricturae vasorum in extremitatibus accusandae videntur, quod monuimus ante ad Prorrhet. 43. DE GORTER Aph. interpretatur ex caloris et coloris mutationibus, quae fiunt, ubi morbi acuti in putridos transeunt chronicos, vel ubi inflammatio in suppurationem abit. Coaca ad morbos acutos potius referenda videtur. Cum Aph. nostro convenit 61. Sect. VII.

(31) Cum hoc Aph. convenit 62. Sect. VII.

(32) Ex hoc Aph., cui respondet 63. Sect. VII. sequi videtur, conjungenda esse loca ex Praenotionibus. Semitertiana indicatur; animadversione autem dignum est, eum pro *συνεχέες* posuisse *μὴ διαλείποντες*, quippe non sunt febres continuae continentes, sed remittentes. Conf. Diss. nostrae pag. 107. nota (19).

(33) Num quid postrema Coacae pars suppressa sit, quia hoc praesagium nimis late patet, si quidem haec *φύματα* non semper critica esse debent, sed etiam symptomatice ab humorum dyscrasia provenire possunt? Cum hoc Aph. convenit 63. Sect. VII.

(34) Accuratius circumscriptam legimus malam rigoris significationem, quod non supervacaneum, quippe ipse in febre gastrica post diarrhoeam, ex qua debilissima evaserat aegrotans, adeo ut mortem instare dixisses, rigorem continuum per duos dies observavi, cum salutari quidem eventu.

APHORISMI. — COACAE.

E Sectione Quarta.

APHORISMI.	COACAE.
ματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί· ἀποχωροῦσαι δὲ καλῶς (35) ἀγαθαί, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.	κακὸν, ἀποχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμον.
48. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον (36).	115. Ἐν ὀξεῖ τὰ μὲν ἔξωθεν περιψύχεσθαι, τὰ δὲ εἴσωθεν καίεσθαι καὶ διψῆν, κακόν.
49. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἀσθένεος ἐόντος τοῦ κάμνοντος, ὅ, τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος (37).	72. Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισι, μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκούειν, ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.
53. Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί (38).	235. . . . . . ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.
55. Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφεμέρων (39).	73. Ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα νοῦσον χρονίην σημαίνει.

(35) *Καλῶς* in Aph., et *κατὰ λόγον* in Coaca significant *cum levamine morbi.* Notatu dignissimus est uterque locus, quia inde rursum discimus, non theoriis, sed diligentissima observatione niti HIPPOCRATIS medicinam, si quidem, quas vulgo damnat excretiones, interdum criticas esse hic docet, neque a solo excretorum adspectu eorum sive utilitatem, sive noxas esse aestimandas, verum ab effectu, qui inde editur. — Aph. hunc, cui respondet Aph. 71. Sect. VII, Coaca recentiorem esse ultro patet.

(36) Locus intellectu facilis. Convenit cum Aph. 74. Sect. VII; ejusdem argumenti sunt 1. 26. Sect. VII.

(37) Similia habentur Aph. 75. Sect. VII.

(38) Viscosum illud dentibus adnatum ab ipsis organis pendet humores in ore secernentibus. In chronicis, monente GORTERO, haec viscositas saepe observatur, absque eo ut febris sit indicium. In Coaca provectioris mali signum proponitur.

(39) FOËSIUS in *Oecon. Hipp.* locum adfert ex GALENO, ubi hic dicit: *ὀνομάζουσι δὲ τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας, βουβῶνας.* SPRENGELIUS haec habet: »Ich habe dergleichen Drüsengeschwülste bei Mädchen nicht selten bemerkt, wenn ihre Monathliche Reinigung bevorstand: diese war mit einem gelinden eintägigen Fieber begleitet, und ohne alle Gefahr. »Nur in Faulfiebern, besonders wo schon üble Säfte vorhanden sind, zeigt es allemal viel »Gefahr an, wenn Drüsengeschwülste entstehen. Wenn wir hier von Drüsengeschwülsten »reden, verstehen wir nur Entzündungsartige Geschwülste, welche hernach leichte in den »Brand übergehen, und dan den Nahmen Karfunkeln bekommen." — Coaca significare videtur symptoma hoc non criticum esse, ideoque nec morbum tollere.

APHORISMI.

E Sectione Quarta.

56. *Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.*

57. *Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα* (40).

58. *Ὑπὸ καυσοῦ ἐχομένῳ, ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις.*

59. *Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον* (41).

61. *Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν* (42).

62. *Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακὸν, ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γένωνται.*

COACAE.

572. *Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ· χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων.*

354. *Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.*

135. *Καῦσος ῥίγεως ἐπιγενομένου λύεται.*

148. *Τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται.*

146. *Τῶν πυρετῶν οἳ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε μετὰ σημεῖον λυτήριον ἀφιέντες ὑποτροπιάζουσι.*

121. *Ἴκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος, κακόν. ἑβδόμῃ δὲ καὶ ἐνάτῃ, καὶ ἑνδεκάτῃ, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, κρίσιμον, μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια.*

(40) Aphorismus satis bene intelligitur. Verum notatu digna sunt alia loca de convulsionum in febribus significatione: Aph. 26. Sect. II. Habemus: *πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ*, quod enunciatum abunde sunt interpretati. At vero Coacis 156. et 157. legimus: *Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος, καὶ παυόμενος αὐθήμερον, ἀγαθόν.* Et: *σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος, παύει τὸν πυρετὸν αὐθήμερον, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ· ὑπερβάλλων δὲ τὴν ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο, καὶ μὴ παυόμενος, κακόν.* Quae quidem antecedentibus repugnare cernimus. FOËSIUS loca corrupta esse putat. Aetas, febris indoles, caet. profecto sunt computanda: equidem nondum audeo de his judicium ferre.

(41) Videmus eum ad septimum paroxysmum tertianae finem retraxisse.

(42) Aph. hunc *crucem exegetarum* vocat SPRENGELIUS. In serie dierum criticorum imparium est quidem decimus quartus et trigesimus quartus (KIST p. 37), qui sunt dies critici febrium remittentium et continentium, quos excipi credit KISTIUS ab illa regula generali, quam exhibet locus noster; ex Coaca, quidquid sit, omnem tenet intelligentiam. SPRENGELIUS latius hujus enunciati fines ponere tentat, reddendo *περίσσῃσιν* per *vortrefflichen Tage*, et dies criticos in universum cogitando: dicit autem: »EROTIAN wil lieber für *περισσὸς γονιμὸς* setzen, und doch haben wir auch dieses nicht nöthig, wenn wir nur annehmen, dass die ursprüngliche Bedeutung jenes Wortes dem HIPPOCRATES noch eigen gewesen, und die der »Ungleichheit erst in spätern Zeiten entstanden is.'' Quae hypothesis tamen vel eo refellitur, quod in Epid. I. Sect. III. *περισσαὶ* et *ἄρτιαι* sibi invicem opponuntur. KISTIUS pag. 35. nota 12. hunc Aph. pertinere affirmat ad febres, quae imparibus diebus judicantur.

APHORISMI. — COACAE.

E Sectione Quarta.

63. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δέξιον ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ· ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν (43).

65. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ σπασμοὶ, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι, κακόν.

269. Μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμοὶ ὀλέθριον.

69. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα, οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται (44).

582. ... τὸ δὲ λευκὸν (οὖρον) οἷον τῶν ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην (σημαίνει)....

70. Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἔρυθρον, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον (45).

575. ..... τὸ, τε (οὖρον) ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων ....

71. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά· μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

579. ..... λευκὸν δὲ καὶ καταχεόμενον διαφανὲς οὖρον, πονηρόν· μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

72. Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγενομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται· ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγέωσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ· ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα (46).

291. Ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι, ὀσφύος ἄλγημα ἐπιγενόμενον ἐν πυρετοῖς, κοιλίας ἐπιπολὺ καθυγραίνει, ἢν μὴ φῦσα καταῤῥαγῇ, ἢ οὔρου πλῆθος ἔλθῃ.

(43) Aphorismos hos Coaca recentiores esse, patet ex exceptione illa: ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γίνωνται; quo symptomate icterus judicari poterit, quemadmodum in Epid. judicatum vidimus, licet ante diem septimum incidisset. (Vide hujus Diss. pag. 98).

(44) Ex locis his comparatis primo intuitu fere conjicias, Coacam 582. et similia post HIPPOCRATEM esse collecta et ex diversis locis ejus scriptorum esse composita. Quod tamen statuere non possumus, si quidem prudentius enunciatus videtur Aphorismus quam Coaca et perfectius, indicio eum Coacae antiquitate cedere. Est admodum difficile profecto inter variorum locorum antiquitatem distinguere, quippe multa a descriptoribus permutata et vitiata esse, unusquisque statim deprehendit.

(45) Non plane idem est utriusque loci sensus; nam καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον in Aph. significat urinam, si serius illam nubeculam contrahat, tardiorem indicare crisin. In praenotione vero: τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων indicat *caeteris signis quoque crisin futuram denunciantibus.*

(46) Postrema Aphorismi pars denotare videtur, eum Coaca esse recentiorem.

APHORISMI. | COACAE.

E Sectione Quarta.

81. Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα φύεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις (47).

473. Οἷσι δὲ φῦμα περὶ τὴν κύστιν ἐστὶ τὸ παρέχον τὴν δυσουρίην, παντοίως σχηματισθέντες ὀχλέονται· λύσις δὲ τούτου γίνεται, πύου ῥαγέντος.

E Sectione Quinta.

1. Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.

567. Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς, ὀλέθριον.

2. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, θανάσιμον.

506. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

3. Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος κάτω, σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν (48).

338. Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς, κακόν.

4. Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν (49).

565. Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακόν· κακὸν δὲ καὶ σπασμός· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων.

9. Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι, τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων.

439. Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται πρὸς φθίσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

10. Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσιν, ἐς τὸν πλεύμονα αὐτέοισι τρέπεται, καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται (50).

367. Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται· οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίνονται, μὴ γινομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος.

11. Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα, ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες.

434. Τῶν φθισικῶν, οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπόλλυνται.

(47) Inflammatione nimirum in suppurationem abeunte. Aph. quoque 57. Sect. VII. legitur: λύεται ὁ πόνος. In Coaca prostatae inflammationem spectari dixeris.

(48) Vocabulum κάτω indicare dixerim evacuationem sanguinis per partes inferiores, sive id haemorrhoïdibus, sive menstruis contingat; in versionibus autem nullam hujus rei mentionem factam invenio. Hujus loci est etiam Aph. 9. Sect. VII., quo delirium post enormem sanguinis depletionem damnatur.

(49) Cum hoc Aph. consentiunt 25. et 41. Sect. VII: huc quoque pertinet Aph. 3. Sect. VII., in quo habemus: ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἔρυθροι, κακόν. Ubi tamen singultus adest una cum magna congestione ad caput, vomitu concitata, et nervosi generis sensilitatem profecto adaugente.

(50) Hic quidem Coaca prudentem refert circumscriptionem, quae in Aphorismo desideratur: sunt nimirum ultima verba μὴ γινομένης etc., quae utrum descriptorum oscitantia exciderint, nescio.

APHORISMI.	COACAE.
E Sectione Quinta.	
12. Ὁκόσοισι φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσιν, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης, ἀποθνήσκουσιν.	436. Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ὑπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυνται· καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάῤῥοιαι, θνήσκουσιν.
14. Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ, διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες (51).	
13. Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πλεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται (52).	433. Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη

(51) Provectioris morbi stadium hic spectatur, et notatu dignum videtur HIPPOCRATEM pro nomine *φθισικοὶ* alias posuisse appellationes, quales *ὑπὸ φθίσιος ἐχόμενοι, ἐνοχλούμενοι, φθισιῶντες.*

(52) Pro *ἐμέειν* in Coaca, *ἀναπτύειν* in Aphor. legimus; *ἐμέειν* in illa potius sputationem quoque denotat, quam vomitum. Ut Praenotio rite intelligatur, conferenda est 450. ubi haec: *ὅσοι δὲ ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δέξιον, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι καὶ θνήσκουσι:* nostra enim 433. excipit dolorem infra diaphragma. Limitatur itaque Aphorismus, qui utrum post Coacam sit conscriptus, an vero haec post illum, merito forsitan dubitaveris: praesertim si aetiologiam computas haemoptyseos. PROSPER MARTIANUS binos adfert casus haec loca pulcerrime illustrantes, quosque silens praeterire non possum. Alter est bajuli, »qui hepate affecto multum sanguinem spumosum ter excrevit, et quarto ab impetu san»guinis in pulmones irruentis suffocatus est. Alter vero in...... juvene optimo habitu prae»dito; hic enim in sanguinis sputum copiosum incidit, spumosum valde secundum totam »substantiam, ita ut post concretionem totus cavernosus instar spongiae appareret, (ad dif»ferentiam sanguinis cum spuma, quam in superficie tantummodo conservat), una cum hy»pochondrii dextri dolore; et dum sputi sanguinis curationi incumberetur, idem fluxus re»petiit saepius, cōncomitabantur etiam tussis vehemens, cum sputi pituitosi copia non me»diocri, ita ut dum alii medici huic curationi adhibiti timentes tabem, humectare corpus, »jam sanguinis fluxu sedato, tentarent, a sputi copia suffocaretur. Quapropter ego praedictae »Coacae auctoritate permotus, ad hepatis curationem me contuli remediis communibus, quae »hepatica medicamenta dicuntur, et interea Troch. Cypheos (quorum compositionem intrant »Tereb. Myrrh. Calamus arom. Cinnam. Crocus.) id est singulo mane exhibui, a qua cura»tione adeo sublevatus est, ut sibi sanus videretur. Quia tamen aute perfectam sanitatem »frigidiori vento se exponens febre magna correptus est, eaque continua cum siti, spirandi »difficultate, aliisque symptomatibus gravioribus; a qua XXV. dierum spatio exstinctus est: »cumque aperto cadavere partes laesas inspicere procurarem, unum primo occurrit mirabile, »quia ventriculus omnino vacuus inventus est, etiamsi antequam moreretur, spatio non ul»tra IV. horarum plurimum comedisset...... (erat enim per totum morbum vorax multi »cibi, nec ab eo se continere poterat); sed et intestina penitus inanita erant. Hepar satis »magnum, alioqui sanum. Pulmo totus sanguine repletus mirum in modum tumidus appa»ruit, ita ut non vasa tantummodo turgerent, sed per totam substantiam sanguis conglobatus

APHORISMI. | COACAE.

E Sectione Quinta.

φλέψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι, καὶ εἰσὶν ἐπικίνδυνοι· οἷσι δὲ ἡ ἐλάσσων, ἐλασσόν τε ἀνάγουσι, καὶ εἰσὶν ἀσφαλέστεροι.

15. Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ῥῆξις γίνηται, παύονται· ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται (53).

389. Οἱ ἐκ πλευριτικοῦ ἔμπυοι γενόμενοι, ἐν τῇσι τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι ἀναπτύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

E Sectione Sexta.

10. Κεφαλὴν πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νούσημα (54).

172. Κεφαλαλγίην λύει πύον διὰ ῥινῶν, ἢ πτύελα πάχεα καὶ ἄνοσμα, λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος, καὶ κοιλίης ῥύσις.

14. Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ, τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις (55).

461. Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι, κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος, λύσις.

17. Ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν (56).

224. Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια ἀπὸ ταυτομάτου, χρήσιμον.

18. Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ

509. Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν

» scyrrhi duritiem aemularetur; nulla alia tamen laesio in eo apparebat. Cor et circumsitae » venae sanguine mirum in modum repletae inventae sunt et in latitudinem immodicam dis» tentae, imo et sinister cordis ventriculus sanguine repletus erat. Turgebant pariter venae om» nes, quae per costas disseminantur; et in summa totum malum in sanguinis plenitudine » consistere videbatur...... Haec adnotare volui, ut constet ab hepate per medios pul» mones sanguinem educi posse, cujus indicium erit et spuma, et dolor in dextro hypo» chondrio, nec ob id falsum erit dicere eductionem a pulmonibus fieri, ut a praesenti Apho» rismo docemur."

(53) Aphorismus procul dubio recentior est. Nisi post ruptionem quadragesimo die exspuitio sistatur, in tabem incidunt, propter continuam puris secretionem.

(54) In Aphorismo vel maxime spectatur cephalalgia idiopathica, in Coaca sympathica etiam spectari potuit a sordibus in intestinis, quae alvi fluxu terminatur. Somnus in Coaca potius indicium videtur mali jam quodammodo sedati, quam per se ejus remedium habendum.

(55) Sprengelius in hujus Aph. interpretatione aliam memorat interpunctionem a nostra diversam, nimirum sic legunt nonnulli: *ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας* (id esset *ἀνὰ σάρκα*), *ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος λύσις:* quod tamen merito rejicere videtur. Nihil aliud indicat hicce Aph. quam utilitatem Diarrhoeae in Hydrope.

(56) Revellendo proderit.

APHORISMI.	COACAE.
E Sectione Sexta.	
καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τὶ τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες (57).	τρωμάτων, ἤν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας, ἢ καρδίην, ἢ κύστιν, ἢ φλέβα τῶν παχείων. θνήσκει δὲ, κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πλεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε, τοῦ πλεύμονος πληγέντος, ἔλασσον προερχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίνεσθαι, ἢ τὸ ἐκπίπτον ἐκ τοῦ τρώματος. θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα, ἤν τέ τι τῶν λεπτῶν τιθρώθωσιν, ἤν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη· εἰ δὲ μικρὴ καὶ εὐθεῖα, περιγίνονται ἔνιοι. ἥκιστα δὲ θνήσκουσιν οἱ τιτρωσκόμενοι, ἐν οἷσι ταῦτα μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τούτων προσωτάτω.
19. Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χονδρὸς, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται (58).	505. Ὅ τι ἂν ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται. 504. Νεῦρον διακοπὲν, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται.
24. Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τὶ, οὐ ξυμφύεται (59).	503. Ἢν ἔντερον διακοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ συμφύεται.

(57) Operae pretium videtur haec loca secum invicem contulisse. Aphorismus nihil aliud indicat, quam gravia vulnera organorum, quorum mentio fit, admodum periculosa esse. Etenim, quod recte animadvertit SPRENGELIUS, verbum θανατῶδες sexcenties ab HIPPOCRATE usurpatur, ubi periculum mali, nec tamen ejus lethalitas est indicanda. Coacam fere recentioris esse temporis crediderim, quam Aphorismum, si quidem inter ejus praesagia leguntur, quae magis a theoriis quibusdam profecta videntur, quam ab intaminata observatione, quod inprimis teneri velim de vulneribus pulmonis. Postrema pars: θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα κ. τ. λ. ab aliis alio modo accipitur: nonnulli enim pro τὰ ἐντὸς νεῦρα, τὰ ἔντερα legunt, quod tamen utrum admittendum sit, dubium videtur. PROSP. MARTIANUS vulgarem praefert lectionem. — Quodsi ergo νεῦρα intelligenda sint, mox hac de re videbimus.

(58) Cum hoc Aph. convenit 28. Sect. VII.

(59) Ego simulatque hos Aphorismos legeram, suppositit ios esse suspicatus sum, aeque ac loca illis respondentia ex Coacis, videoque SPRENGELIUM in fine exegeseos Aph. 19. scripsisse: »oder »ist dieser Grundsatz nicht ächt Hippocratisch sondern vielleicht eine Folge der Theorie »späterer Zeiten? Denn er scheint doch ganz auf dem nichtigen Unterschied zwischen *Par-»tibus seminalibus* und *sanguineis* zu beruhen.'' Ipsam hanc distinctionem his exponit: »In

APHORISMI.	COACAE.
E Sectione Sexta.	
25. *Ἐρυσίπελας ἔξωθεν καταχεόμενον, εἴσω τρέπεσθαι οὐκ ἀγαθόν· εἴσωθεν δὲ ἔξω ἀγαθόν* (60).	366. *Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι, χρήσιμον, εἴσω δὲ τρέπεσθαι, θανάσιμον. τρέπεται δὲ, ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνεται.*
26. *Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παρακοπὴ λύει* (61).	132. *Τοὺς ἐν καύσεσι τρόμους παρακοπὴ λύει.*
40. *Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον* (62).	449. *Τοῖσιν ἧπαρ ἐξαπίνης περιοδυνοῦσιν, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.*
41. *Ὁκόσοισι διάπυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ διασημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει* (63).	281. . . . . . . *τινὰ δὲ τούτων (τῶν ἐμπυημάτων τῶν εἴσω ῥηγνυμένων) διὰ πάχος πύου, οὐ διασημαίνει. . . .*

» ältern Zeiten machte man einen Unterschied zwischen Samentheilen und unähnlichen Thei- » len des menschlichen Korpers. Die Samentheilen würden, glaubte man, im Mutterleibe schon » durch die Bildungskraft des Samens formirt und könnten durch nichts ersetzt werden, weil » der Bildungstrieb verloren gehe, sobald die Theile schon etwas rigider und stärker gewor- » den; denn der Bildungstrieb habe, so wie die eingepflanzte Wärme, seinen Sitz in der plas- » tischen Lymphe. Ginge etwas von diesen Theilen verloren; so würde der Verlust durch » eine ungleichartige Substanz ersetzt, die nicht zu den Samentheilen, sondern zu den Blut- » theilen gehörte. Wenn ein Knochen durchhauen würde, so erzeuge sich die vorige Kno- » chensubstanz nie wieder, sondern ein blosser Kallus; so erhalte es sich auch mit den » Sehnen und Häuten."

(60) Coacam, si cum iis, quae eam praecedunt, conferamus, peculiare exemplum ex angina exhibere videmus, dum praeceptum universale in Aph. exhibetur. Aph. 49. Sect. VII. de utilitate erysipelatis extus delati in angina quoque agit.

(61) *Λύειν* hic significat *succedere*, quo sensu in his scriptis plus semel occurrit. Dicitur ergo delirium hos tremores sequi.

(62) Aph. 52. Sect. VII. haec legimus: *ὁκόσοισιν ἧπαρ περιωδυνᾶται, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.* Loca haec tria idem omnino indicare videntur, febrim nempe dolores hypochondrii dextri non inflammatorios solvere. Possunt hi ex spasmis oriri et infarctibus, quo in casu febris egregia medicina esse poterit.

(63) De Gorter haec monet: » Quodsi locus pauca carne et tenuibus integumentis sit tectus, » et pus satis sit fluxile, facile detegi potest attactu, nam alterna pressio concitabit fluctua- » tionem, et intumescentiâ sine multa rubedine tali in loco detegetur pus in tali loco con- » tineri. Sed si locus multa carne sit tectus, aut si haereat in quadam corporis cavitate, » attactu non valemus fluctuationem concitare: neque fluctuat, si pus nimis spissum est. Si » utraque illa simul adsint, peritissimus Chirurgus tactu invenire non poterit, num pus sub- » tus haereat."

APHORISMI.

E Sectione Sexta.

43. Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγενομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

48. Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγενομένη, ἀγαθόν (64).

44. Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεοὶ γίνονται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἅλις τὸ ὕδωρ ῥυῇ (65).

58. Ἢν ἐπίπλους ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι (66).

Γ. Sectione Septima.

10. Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν (67).

COACAE.

466. Δυσεντερίη σπληνώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον· μακρὴ δὲ πονηρόν· ληγούσης γὰρ, εἰ ὕδρωπες, ἢ λειεντερίαι γίνονται, θανάσιμον.

475. Ἐπὶ στραγγουρίῃ εἰλεὸς ἐπιγενόμενος ἑβδομαίους ἀπόλλυσιν, ἢν μὴ, πυρετοῦ ἐπιγενομένου, ἄθροον οὖρον ἔλθῃ.

502. Ὅσοισιν ἐπίπλοον ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

470. Εἰλεώδεσιν ἔμετος καὶ κώφωσις, κακόν.

(64) Lienosi secundum FOËSIUM in *Oecon.* dicuntur ii, quibus lien in magnitudinem aut molem intumuit aut obduruit, crassis humoribus et melancholicis lieni infarctis cet. cet.; laborant ergo hujus visceris obstructione, induratione ab inflammatione chronica verosimiliter ortâ, quo in casu criticam esse Dysenteriam nemini mirum videbitur. Aph. 78. Sect. VII. HIPPOCRATES monet: ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη, quod ex laesa digestionis officina satis bene intelligitur, viribusque inde exhaustis Hydrops post hunc morbum quoque facile intelligitur, quem practerea inprimis ex ipsa lienis obstructione Dysenteriâ non sanata apte interpretatus fueris, modo innumera vasa lymphatica consideres, quae hoc viscus in texturam suam suscipit.

(65) Locus hicce valde difficilis intellectu visus est Commentatoribus, e quibus conf. DE GORTER et SPRENGELIUS. Spastica spectari videtur affectio vesicae et intestinorum, a qualicumque demum causa profecta fuerit, quae critice per urinas terminatur.

(66) Non convenit inter interpretes de significatu verbi ἐκπίπτειν hoc loco. DE GORTER cogitavit omenti prolapsum ex vulnere, SPRENGELIUS veram ἐπιπλοοκήλην. Equidem priorem amplecti malim sententiam, quandoquidem mihi valde dubium videtur, utrum ἐντεροκήλην ab ἐπιπλοοκήλη distinxerit HIPPOCRATES, quum ne Herniae quidem mentionem factam esse meminerim in germanis ejus scriptis.

(67) Lubet ad hunc locum ea adferre, quae habet GORTERUS ad Aph. 22. Sect. III. »Qui »morbus," inquit, »ab HIPPOCRATE vocatur εἰλεὸς, CELSO est tenuioris intestini morbus, »quoties vehemens dolor occupat ventrem in eo loco, ubi haeret intestinum tenue Ileon »dictum, qui hodie communi nomine Colicae passionis recipitur: sed est ex Colicae affec- »tionis specie dolor gravissimus et vehementissimus, cui saepe adjungitur vomitus contento- »rum ex intestinis, cum alvo constipata pertinacissima et ano ita saepe contracto, ut non »admittat suppositorium." Videntur symptomata in Aphorismo et Coaca damnata partim generi nervoso a vehementissimo dolore irritato, partim congestioni ad superiora esse tribuenda.

APHORISMI. COACAE.

E Sectione Septima.

11. Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπλευμονίη ἐπιγινομένη, κακόν (68).

397. Τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστάσαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἀσφαλέστεραι.

14. Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη, κακόν.

58. Ὁκόσοις δ᾽ ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γενέσθαι παραχρῆμα.

499. Ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ, καὶ πονέσῃ πληγεῖσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ θνήσκουσιν.

29. Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

482. Τοὺς λευκοφλεγματοῦντας διάῤῥοια παύει· αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι, ἐπιεικῶς αὐτῶν κατεργαστικαί.

45. Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν τὸ μὲν πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται. ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισιν ἐστίν. ἐὰν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται (69).

451. Οἷσιν ἧπαρ καυθεῖσιν οἷον ἀμόργη ἔρχεται, θανάσιμον.

50. Ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται (70).

187. Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος, οἱ μὲν ἐν τῇσι τρίτῃσιν ἡμέρῃσιν, οἱ δὲ ἐν τῇσιν ἑβδόμῃσι τελευτῶσι· ταύτας δὲ διαφεύγοντες σώζονται. οἷσι δὲ ἀνατμηθεῖσι τῶν τοιουτέων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

(68) Haec loca inter se comparata verosimillimum reddunt, quod supra Cap. 1. § 4. jam adnotavimus, in Coaca, pro ἀσφαλέστεραι, χαλεπώταται esse legendum. PROSPER MARTIANUS tamen vocem servari cupit, aliamque exhibet explicationem, quae tamen satis contorta videtur: vide pag. 402. ubi ἀσφαλέστεραι per *stabiliores* reddit »ad differentiam earum, de quibus »in superioribus Coacis tractatum est, quae quoniam frequenter transmutantur, modo in abs- »cessus superiores, modo in inferiores, modo in suppurationem, aliosque exitus habent in- »certos et varios, merito instabiles et inconstantes dici possunt:"

(69) De his vide in Prognost., ubi pus bonae notae etiam describitur.

(70) Per Sphacelum encephali ejus mors, ideoque omnis vitae abolitio intelligitur, ita ut perfectum hunc quidem hoc loco cogitare non possimus. In explicatione Coacae FOËSIUS nos ad librum II. et III. de Morbis relegat (quae tamen scripta, quod probe tenendum, Cnidio alicui a GRÜNERO adscribuntur). Lib. II. igitur haec legimus: »Cerebri sideratio. Si sideratio corripit, dolor sensim anteriorem fere capitis partem detinet et intumescit, livescit, febrisque »ac rigor prehendit. Cum sic habuerit, qua parte tumescit, secare oportet, et os perpurga- »tum radere, donec ad duplicatam laminam perruperit, dein non secus ac fracturam curare." Lib. III. porro haec habemus: »Cerebri sideratio. Quod si cerebrum sideratum fuerit, caput

---

Comparatis hac ratione Aphorismis cum Praenotionibus, restat ut conspectum aliquem totius operis subjungamus.

Aphorismi in universum summam complectuntur doctrinae Hippocraticae, multaque ex illis loca sunt corollaria ex reliquis divini senis scriptis ipsius, tum ex illis, quae Coi reliquerant, deducta. Quibus tamen passim interspersa sunt placita ab ejus doctrina prorsus aliena, absurda, ridicula, recentiori tempore profecto germanis ejus praeceptis agglutinata.

Prima Sectio ut plurimum consectaria complectitur ex libro de Victu Acutorum, quibus nova quaedam accedunt (Aph. 13—16), complementum referentia eorum, quae in altero libro deficiunt, ita ut haec conjuncta universam fere contineant HIPPOCRATIS disciplinam diaeteticam. Postremi hujus Sectionis Aphorismi circa purgantium usum versantur.

Altera Sectio partim diaetetica quaedam complectitur, partim quaedam Therapeutica, maximam tamen partem Prognostici est argumenti.

Tertia autem placita in universum exhibet de doctrinâ constitutionis Epidemicae, ex libro de Aëre, Aquis et Locis et Epidemiorum I. et III. deducta, continet tandem expositionem morborum aetati singulae propriorum.

Quartae Sectionis initio de medicamentis evacuantibus agit magnus Cous, de purgantium et emeticorum usu, eorum indicantibus et contra-indicantibus. Major tamen pars media est Prognostica. Ab Aph. inde 74. ad finem libri usque diagnostica tandem nonnulla habemus Prognosticis intermixta.

Sectio quinta Semeiotica est pro parte, pro parte etiam Therapeutica. Multa exhibet de morbis foeminarum, atque ex his plurima spuria, risum moventia (71), quae graviditatem praesertim spectant. De lactis usu agit Aph. 64, quem supra jam adtulimus; chirurgica pauca tandem hîc etiam leguntur.

Sexta vero admodum suspecta videtur, plurima placita ex germanis HIPPOCRATIS

» dolor occupat, et per cervicem ad spinam pervadit, ipse nihil audit, frigus in caput irruit, » totus intumescit, ac derepente voce defectus videtur, ex naribus sanguis fluit et lividus evadit. » Hunc si morbus leviter corripuerit, cum sanguis abierit, melius habet. Si vero vehementer » correptus fuerit, cito moritur.'' Unde fere conjicias huncce cerebri sphacelum ejus inflammationem esse, ita ut Aph. indicet hunc morbum ex acutissimis esse, et intra tres dies sive bona, sive mala crisi judicari. » Dicitur autem,'' ita FOËSIUS ad Coacam nostram, » *διεστηκὸς* » *τὸ ὀστέον*, *os disparatum* aut *disjunctum*, quia invalescente corruptela calvariae os a membranis, » quae ossi colligantur, praecipue qua parte suturae sunt, separatur et ab ista unionis solutione » mors imminet, maxime vero si membranae jam nigricant et motus cerebri nullus apparet.''

(71) Vid. Aph. 38. 42. 45. 48. 60.

libris non sunt deducta, quin etiam ab ejus doctrina sunt aliena, ita ut nonnulla certe rejicienda videantur.

Septima Sectione denique plura offendimus loca ex praecedentibus repetita. Sunt hîc quoque bona mixta malis. — Octava Sectio omnino spuria vulgo existimatur.

Ex iis, quae hoc capite disputavimus, iterum consectaria quaedam deducemus Hippocraticam disciplinam in universum spectantia.

I.

Si quidem antea constitit doctrinam Hippocraticam a Prognostice originem traxisse, nunc quoque abunde demonstravisse videmur characterem quemdam Prognosticum praecipuis magni Coi scriptis penitus impressum esse, eaque cuncta ortum, qualem exposuimus, mirum quantum redolere.

II.

In Epidemiorum libris sensim sensimque magis explicari videmus Divini senis disciplinam, quippe in quibus non amplius illis tantummodo inhaeret phaenomenis, quae in singulis aegrotantibus observantur, verum et ea, quae multis sunt communia, spectat. Jam vero similia symptomata, similesque morbos secum invicem conferens, atque a consimili causa profectos esse ratus, ad nexum adscenderat, quo morbi epidemici, eorumque mutationes et vicissitudines, cum variis anni tempestatibus aërisque vicissitudinibus tenentur. Has quidem illorum causas existere posse perspexit, ita tamen, ut hae causae diversos ederent effectus pro diversis in quae agerent, quaeque in ipsas reagerent, corporibus.

III.

Magis adhuc sese explicuit illa doctrina in libro de Aëre, Aquis et Locis, in quo humanam naturam contemplatur potentiis expositam rerum externarum quarumvis, quae singulae per se, omnesque junctae, vim suam exserentes in corpus humanum, illud ipsum, uti et animum, tum in integerrima vitae conditione, tum in statu morboso afficiunt, eique vel prosunt vel obsunt.

IV.

Medicinam igitur recte investigare (ζητεῖν) cupienti, ad haec omnia attendendum esse praecipit, quandoquidem rite perspexerat, a diversarum illarum virium cognitione artem ipsam magnum capturam esse incrementum. Non ratiocinatione tamen, nec demonstratione id ostendere solet; sed observationibus in eum redactis

ordinem, ut altera alteram illustret, conjunctaeque omnes nos eo ducant, ut magnam cognoscamus climatis (latiori, quo hac voce utuntur, significatu) efficaciam in homines singulos, nec minus in populos integros.

V.

Medicum cupivit HIPPOCRATES κοσμοπολίτην. Ipsius medicina non unius est loci aut regionis, verum per universum patet terrarum orbem; quippe, quaecumque in hoc libro occurrunt, ad πρόνοιαν referuntur, quae harum rerum omnium scientiam complexa medicum, in locum sibi ignotum pervenientem, simulac situm, aquas, terram regionis, incolarum victus rationem cognoverit et secum reputaverit, docet quinam morbi huic regioni sint familiares, quaenam eorum sit indoles, quali ratione curari tandem debeant.

VI.

Librum de Diaeta Acutorum duplici de causa notatu dignum cognovimus, tum propter loca universam HIPPOCRATIS rationem, ejusdemque a Cnidiorum illa differentiam spectantia, tum propterea quod veluti compendium quoddam exhibeat Praxeos Hippocraticae.

VII.

Confirmatum reperimus hoc scripto, quod antea etiam animadvertimus, HIPPOCRATIS πρόνοιαν in signorum intelligentia esse fundatam, et sponte ducere ad optimam medendi methodum.

VIII.

Hoc nomine e regione opposita erat Diagnosticae sive Nosologiae symptomaticae Cnidiorum, quae a sterili observatione, sine ullo laudabili rationis usu, profecta, ad nullum finem quemquam vere Therapeuticum ducere potuit.

IX.

Simpliciorem medicaminum apparatum esse laudandum existimat HIPPOCRATES, dummodo sufficiat morbis sanandis.

X.

Prouti semper fere acutos morbos spectat, ita quoque laude dignissimum censet medicum, qui in his curandis prae caeteris meliorem sese gerit artificem.

XI.

Suprema in victus ratione praescribenda lex est HIPPOCRATIS, omnem magnam mutationem, eamque subitaneam, tanquam valde nocivam esse vitandam.

XII.

Altera lex est, et robur, et morbi genus et tempus et consuetudinem continuo esse computanda, ubi diaetam instituas.

XIII.

Quod ad morbi tempus; inter cruditatem alimenta nocent, suntque danda tantummodo ut morbo crisique ferendis aeger sufficiat. Si quidem nimiâ alimentorum copiâ, viribusque in digestione impensis, natura ab opere critico avocatur. Post crisin vero cibis reficiendus est aeger, ut damna corpori ex aegritudine illata restituantur.

XIV.

Quam manifesto etiam *προνοίας* in arte usus inde apparet.

XV.

Aphorismi summam complectuntur doctrinae Hippocraticae, suntque adeo varii argumenti. Inprimis tamen Prognosin spectant. Pluribus locis supposititiis sunt conspurcati.

XVI.

Plures Aphorismi desumti sunt ex Praenotionibus Coacis, quas saepius emendatiores exhibent. Progressus in medicina praetervidere non possumus in diversa morbos aetatum distinguendi et exponendi ratione.

CAPUT QUARTUM.

SPECIMEN EXHIBENS INTERPRETATIONIS DOCTRINAE HIPPOCRATICAE EX PRINCIPIIS SUPRA DEMONSTRATIS.



§ 1.

Pervenimus tandem ad ultimam, eamque gravissimam Dissertationis nostrae partem, qua, quorsum denique tendat omnis haec Disceptatio, erit exponendum. Quodsi quis quaerat, quonam haec disputaverimus consilio, profitebimur nos spe ductos fuisse, fore ut hac ratione scripta Hippocratica pervolventes meliorem nobis compararemus illorum intelligentiam, atque inde doctrinam hanc, ab optimo quovis medico summis semper encomiis celebratam, pro viribus interpretaremur. Nimirum minus laudanda videtur ea Historiae Medicinae tradendae ratio, qua hodie praeclara haec et omni aetati fructuosissima antiquitatis monumenta horrendum in modum divelluntur, et recentioris medicinae distributionis maculis tam foede deturpantur, ut venerabilem antiquitatis faciem agnoscere plane nequeas. — Aut ecquid novius et rei naturae minus consentaneum, quam primo Anatomiam, tum Physiologiam et Pathologiam, Therapeuticen denique HIPPOCRATIS tradere? Perinde ac si in scholis nostrorum temporum Medicinam Theoreticam prius, tum etiam Practicam sive didicisset magnus ille Cous, sive docuisset. Imo vero, longe aliter se res habet. Inaudita haec divino seni nomina. Cujus disciplina una et integra, nec nisi aegre dividenda omnem complectebatur naturam humanam, quam magistram sibi proposuerat medicinae pater, unumque illud tantum agitabat ut continuo magistram optimam intelligeret, atque ad ejus exemplum et praecepta artem suam medicam accommodaret et informaret. Eam autem ut rite accipiamus, res a primis initiis breviter videtur repetenda.

Tota medicina Hippocratica ubivis, ne iis quidem locis exceptis, quae Chirurgiam proxime tangunt (1), quaeque brevitatis caussa silentio praeterire coacti sumus, prognosticam quamdam nobis obfert formam, ita ut futurorum praesensio

(1) Vide librum de Capitis Vulneribus, FOËSIO pag. 911.

summum quoddam fuisse videatur, quod nullo non tempore Coi sibi expetiverint: cujus rei caussa ab ipsa hujus disciplinae origine procul dubio est deducenda. Vidimus enim in Templis AESCULAPII aegros calamitatum suarum solatium quaesivisse et remedium, Sacerdotesque ibi, Dei nomine et auctoritate, oracula edidisse futurum morborum exitum declarantia, simulque remedia indicasse, quibus tutos sese praestarent aegrotantes ab adversa, quae illos teneret, valetudine.

Duplex autem caussa fuisse videtur, quae Sacerdotes impulerit ad oracula veritati consentanea proferenda. Alteram positam esse crediderim in aemulatione inter Graecos vulgari, quae inter Dei ministros in variis delubris exstitit, et cujus magna profecto vis est in doctrinarum cultum et artium promovendum, cujusque monumentum conservatum habemus in libri de Victu Acutorum initio; alteram vero in ipsis fructibus, qui ex templi et vaticiniorum celebritate in sacerdotes redundabant, quippe qua major attrahebatur aegrotantium numerus, qui templum ipsum magis magisque exornabant, et in grati animi testificationem Dei ministros muneribus donabant splendidissimis.

Jam vero Asclepion illud in insula Co, quam soli fertilitate, situs amoenitate, aëris salubritate excelluisse ferunt Scriptores, magnam sibi famam nactum, insignem quoque aegrotantium numerum ad se alliciebat. Sacerdotes autem ibi oracula edere, remedia proponere, nec minus, quod praecipue tenendum, aegros quotidie inspicere. Varios videbant in tanto aegrotantium numero morbos; in primis tamen, si, quae nobis supersunt, eorum artis reliquias consulas, affectiones acutas, et chronicas quasdam paucas, illarum fere subolem. Morbi vero acuti in regione tam felicem situm habente ac Graecia, sub coelo purissimo, nostroque multo aequabiliori, in corpora illa integra eaque robusta et athletica, in quibus artem fecisse videntur, incidentes non potuerunt non apertis plerumque sese prodere symptomatibus et valde conspicuis; ita ut felix eorum exitus certis quibusdam pateret signis, pariter atque infaustus rerum eventus. Sacerdotes haec pro more suo scriptis mandare, et sic sponte duci ad comparationem casuum consimilium; unde illud fere simul illis apparuit, quod certa phaenomena alia mortem praecederent, morbi restitutionem in sanitatem alia. Magna hujus rei utilitas ad praesagia sua efformanda eorum mentem protinus perculisse videtur, eosque impulisse ut assiduo magis magisque varia valetudinum genera observarent. Hinc igitur prima exstiterunt eorum Prognostices initia, quae quomodo sensim sensimque perfectior facta sit, nunc exponemus.

Morbi quidem diversi, diversis stipantur symptomatibus, quibus tanquam litteris aut characteribus expressam legimus eorum imaginem, et genus et speciem cognoscimus.

Sunt vero praeterea quaedam symptomatum συλλήψεις, quae in singulis morbis non solum, verum in singulis etiam hominibus quodammodo diversae, majus minusve periculum indicant, vel majorem minoremve spem salutis promittunt: at vero hae tum demum istiusmodi quid significant, cum omnia illarum phaenomena unâ simul observantur. Quorum autem quaedam quum animadvertissent Coi et collegissent, haec annotarunt, et vulgarem, quod principio jam scripsimus, logicam *post ergo propter* secuti, sive sanitatis, sive mortis caussam habere coeperunt. Unde factum est ut, si quem aegrotum post aliquot hujus generis φαινόμενα mortem obire conspexissent, haec mortis causam esse rati, exspectarent alterum, in quo eadem observaturi essent symptomata, aeque ac priorem, de vita decessurum esse. Verum id ipsum, quod primo non cunctis signis observandis, sed vel singulari tantum, vel aliquibus tantummodo mentem adverterent, effecit ut eventus eorum exspectationem plus semel fefellerit. Unde sensim sensimque melius perspicere didicerunt, plures conditiones una cum iis, quae memoriae mandassent, simul praesentes requiri, ut certam aliquam ederent prognosin: ita ut, ad τὴν συνδρομὴν symptomatum animum attendentes, primo adnotata limitaverint, alia latius extenderint, et quo magis earum observationum sylva quotidie accresceret, eo magis universalia praecepta prognostica scriptis mandaverint. Et hîc quidem omnia signa simul comprehendentes certius quoddam principium invenerunt, unde Prognoses suas et haurirent et instituerent.

Signorum porro in aegris observandorum συλλήψεις cum symptomatum congerie sanitatis tempore praesentium contulerunt; quorsum quomodo ducti sint, haud ita difficile videtur intellectu, si quidem sponte ipsis in oculos incurrere debuit insignis faciei differentia hominis convalescentis, quem nuper in vitae periculo versantem viderant, felici vero suae praxeos successu veluti ex orci faucibus eripuerant. Hinc autem alter cognitionis medicae fons illis manavit, alterumque petierunt principium, ex quo futura praesagirent; quippe satis facile deprehenderunt eo majus adesse vitae discrimen, quo longior sit recessus a perfecta illa vitae conditione. Similiter vero atque in morborum observatione, in hac quoque eorum cum sanitate comparatione latissimus principio patebat errori locus. Nam quemadmodum singuli homines secunda gaudentes valetudine inter se invicem differunt, ita quoque morbi tempore inter se sunt diversi, ita ut alia sit valetudo quaecumque senum, alia puerorum et virorum, alia foeminarum, virginum; quin et singula fere morborum symptomata variam edunt, pro vario, in quod incidunt, corpore significationem: adeo ut, nisi quid hac in re aetas et sexus et consuetudinis vis efficiant, sive addas, sive detrahas, vel quocumque demum mo-

do computes, aliter fieri non possit, quam ut in errorem ducaris et ad arma interdum clames, ubi ne vel suspicio quidem belli adest. — Quod quum experti didicissent Coi, neque consuetudinis vim neglexerunt in oraculis suis ferendis, neque aetatem, neque sexum; sed, quid haec omnia ad signa mutanda et eorum significationem convertendam valerent, acute discernere didicerunt, et nova etiam hâc ratione inventa continuo tum memoriae, tum litteris mandarunt.

In morbis autem acutis eorum aciem effugere non potuerunt symptomata illa activa, ab ipsa vitae reactione continuo profluentia, vera valetudinis adversae auxilia naturalia, quorum quanta vis sit et efficacitas in morbos sanandos, unicuique, vel leviter tantum medicinae sacris initiato, notissima res est. Ipsa vero haec naturae molimina probe cognoscere, neque praesentia tantummodo perspicere, verum etiam futura praevidere, maximi eorum intererat; quippe nihil quicquam omnino sive aptius, sive magis accommodatum inveniri potuit ad certiores reddendas eorum praesensiones. Illi igitur a primis morbi initiis his attentionem praebere, certam et regularem quorumdam signorum consecutionem et vicissitudinem animadvertere, atque inde celebratissimam illam crisium doctrinam condere, quae pariter atque omnis Coörum disciplina a pura observatione, nullis maculata theorematibus, et prima duxit initia, et majora postea cepit incrementa.

Crises illae vero certis in certis morbis incidere solebant diebus; certis porro temporibus symptomata quaedam notabantur ipsas crises praenunciantia; ex his symptomatibus alia bonam crisin praecedere solebant, malam alia; alia citius, alia tardius incidebant; haec tardiorem, illa celeriorem crisin significabant; alia *φαινόμενα* sub judicium observanda hoc felix fore denotabant, alia infelix; quae cuncta et singula summo studio Coi animadverterunt, et in artis suae Prognosticae usum transtulerunt. Ex excretis vulgo futuram crisin praevidebant, et morbum *coqui* dicebant, cum signa ederet crisin futuram ostendentia; unde excreta *cocta* illis audiebant, quae judicium praegrediebantur. Haec igitur bona esse dixerunt, ubi bonum praecedebant judicium, sin contra infaustum, mala; pariter atque ipsa excreta critica, quae in feliciori casu laudaverunt, in contrario damnaverunt, quin et eo magis vituperarunt, quo magis a perfectis illis criticis et modo, et qualitate, et quantitate essent diversa. Quin et ipsi dies, quibus morbi critice terminabantur, alii prae aliis excellebant infausto rerum eventu, vel successu feliciori, ita ut non sola tantum symptomata damnarent vel laudarent, sed haec tum demum malum bonumve inprimis significare dicerent, cum certo ejusmodi die essent observata. Praeter crises et dies criticos porro morborum metastases et metaschematismata et observarunt, et signa annotarunt, quae haec ipsa praecede-

bant, ut quid haec etiam indicarent perspicere possent, sicubi rursum ipsis obviam ventura essent. —

Ex his autem omnibus illud inprimis praeclarum exstitit, quod non morborum nomina cognoscere studerent, sed potius ipsam perspicere cuperent aegrorum vitae conditionem; neque quonam morbo affecti essent quaererent, sed utrum morbo vincendo pares essent, an vero eorum viribus majus esset malum; utrum natura crisin aliquam perficeret, nec ne; utrum bonum instaret judicium, an malum, et quo tempore id ipsum fieret. Ipsa haec moliminum haud raro salutiferorum contemplatio Therapeutices Naturalis praestantiam eos docuit; docuit etiam hanc imitari, atque inde elementa ducere Therapeutices rationalis et utilis, imo vero artis solius vere medicae.

Neque morbos tantummodo internos hac ratione considerarunt, verum etiam externos eadem ratione tractavisse videntur. Unde praesagia Chirurgica de capitis vulneribus et fracturis, quae neque nostris temporibus sunt flocci pendenda.

Verum hîc paulisper subsistamus, et mirandam explicemus et fructuosissimam, quam in medicinam introduxerunt, methodum.

Quod igitur hoc loco primum omnium animadvertendum venit, est observandi studium, tum vero ipsa haec prognostica medicinam colendi ratio, cum continuo inde profluente analogica naturae interpretatione, denique naturae imitationem contemplabimur; quae cuncta et singula optimum quodvis ex sacerdotali hoc artis medicae cultu portendere jubent.

Et observatio quidem unicum est solidum et inconcussum fundamentum, cui quaelibet scientia earum, quas naturales vocamus hodie, superstrui et possit, et debeat; est hoc solum principium, unde ortum duxerit primo et unde extendi queat et crescat. Quod ἐμπειρικοὶ illi apud CELSUM disputant, »primum remedia »reperta fuisse, dein vero homines de remediorum rationibus disserere coepisse, »nec post rationem medicinam esse inventam, sed post inventam medicinam ratio- »nem quaesitam esse," illud ubivis in philosophia naturali locum obtinere debuit. Observationes primo faciendae erant, deinde φαινόμενα observata explicanda, neque prius quam indefessa observatione factorum historiam sibi comparaverant homines, vel ulla laudabilis interpretatio cujuslibet etiam parum momentosi facti exhiberi potuit. Quare magnus ille PARADISIUS, Academiae nostrae quondam decus et ornamentum, ubi Medicinae Theoreticae veram rationem et fines exponit, ab Empirica exordium ducit, et in hac ipsa exponenda primas tribuit partes observationi. Medicinam autem tandem ad magnam illam naturae scientiam esse referendam, quis dubitet, nedum neget?

Neque melius aut penitius persuasum nobis habebimus de observationis, empiriae rationalis in hujus generis scientiarum principio utilitate, quam si contrarium nobis fingentes ponamus theorias experientiam praecedere, et, rationibus qualibuscumque demum inventis, facta postea colligi atque enarrari. Hinc quid fiat, perbreviter videamus.

Quando non ipsis factis horum ipsorum naturam docemur et caussas, theorematum principia non poterunt non vaga esse et plane imaginaria; vel potius nulla omnino erunt principia, quibus theorematum sive veritatem, sive fallaciam dijndicemus: nam rerum ipsarum loco phantasia sua figmenta suppeditabit, quibus si ratiocinationes superstruuntur, magis magisque a recto veritatis tramite aberrabimus. Neque tamen hic subsistit malum, verum haec phantasiae proles non abstinet ipsam pessumdare observationem, quippe omnis omnium temporum experientia docuit, hominis sive arrogantiam, sive ignaviam, illum eo perducere ut facta theoriae suae repugnantia potius vel negligat, vel observare plane nolit, quam ut errorem fateatur, vel aptiorem illis quaerat interpretationem. Magnus ille, sed melancholicus simul philosophus ZIMMERMANNUS haec pro more suo in aureo illo libro, quem *de experientia* inscripsit, acriter quidem, sed candidissimo tamen pectore reprehendit.

Quam parum sola phantasia ad aptam devehat rerum intelligentiam, docet ipsa poëtica naturam interpretandi ratio veterum philosophorum (1), quae, etiamsi subinde praeclara obferat eorum ingenii monumenta, ad veram tamen et utilem in medicina theoriam et in hac fundatam praxin nihil quicquam contulit.

Notatu dignum videtur, veram artem medicam ex ipso fructu, quem inde tum medici, tum aegrotantes perceperunt, esse natam, quum contra philosophi illi eam primis praesertim temporibus potius tanquam partem scientiarum, quae illis tantopere arridebant, coluerint, quam ut inde fructus aliquos perciperent. Quare pleraque illorum theoremata in physica mundi originem, in medicina hominis genesin et animi naturam, ejusque cum corpore commercium et similia plura spectabant, quorum admiratione perculsa mens simul impulsa est, ut in eorum originem inquireret. Ars autem salutifera ex his nequaquam nata est initiis, et si quid inde profecit, illud perexiguum profecto reputandum est, neque directe inde emanare potuit.

(1) THALEM MILESIUM, PYTHAGORAM, ALCMAEONEM, EMPEDOCLEM caet. cogitemus, de quorum placitis conf. HECKER, *Geschichte der Heilkunde*, dritter Abschnitt, Ausbildung der Heilkunde durch die ältesten Philosophen.

Et hoc quidem loco verbo monendum est, quid per veri illum et simplicis sensum voluerimus, quem in Coörum operibus continuo admirati sumus, et qui in omnibus illorum scriptis re vera dominatur. Hicce scilicet sensus illud inprimis effecit, ut integram illam et intaminatam nobis relinquerent naturae operum historiam; quippe illo imbuti nihil egerunt, nisi ut observarent; et vero omnem adverterunt animum, ut recte quid fieret viderent. Hicce sensus eos impulit ut breviter et simpliciter, sed candida oratione, quaecumque viderant, exponerent, et ne vel levissima re addita, quam non viderant, thesaurum nobis relinquerent observationum, unde nepotes, quin et omnis omnium temporum posteritas, quid *observare* demum significet, discat; et cognoscat simul mirabilia illa naturae humanae praesidia, quibus a morbis se ipsa liberat et omni opera tentat crudeles avertere cruciatus.

Verum et ipsa prognostica eorum artis ratio summam nostram animi attentionem optimo suo jure sibi vindicat. Sponte hanc natam esse vidimus, nunc autem perhibemus illam maximum fuisse instrumentum, quo ad tantum admirabilitatis fastigium artem evexerint. Etenim hoc ipsum, quod futuro rerum eventui cognoscendo continuo mentem applicarent, illud praesertim magnificum peperit ut non morborum denominationibus eorumve distributioni inhaererent: sed in ipsam inquirerent aegrorum vitam; quo facto ad longe meliorem pervenerunt morborum notitiam, quam si aliam ingressi viam Diagnosticen coluissent. Ipsa hac futurorum praesensione morborum indoles illis innotescebat, et praesidia illa cognoscebant naturalia, quibus morbos pellat natura humana; et rationem intelligere discebant, quae inter morbum intercedit et corpus, in quod incidat, unde veluti sponte quoque ducebantur ad rationalem artem et modestam, non vagam et superbam. Prognostices cultui Coörum artis praestantiam esse tribuendam probare videntur Cnidii, qui nescio qua de caussa morbos subtiliter distinguere cupientes, et nomina illis tribuentes non prognosin sed diagnosin aliquam coluerunt, unde symptomatologica illorum Nosologia exstitit, vana eadem neque ad utilem usum quemcumque in arte accommodata; quid? quod saepissime ad perversam curationem illos perducere debuerit.

Quodsi exemplis rem tibi probari cupias, exempla non deërunt. Sumamus observationem anginae.

Plures conspexerant aegrotantes faucium inflammatione correptos; communis erat omnibus dolor partium inflammatarum, deglutitionis laesio, spirandi difficultas. In aliis tamen inprimis atrocissimam observarunt δύσπνοιαν, simulque animadverterunt nihil quicquam sive tumoris, sive ruboris in eorum faucibus conspicuum esse, illos

autem vehementissimo morbi impetu, vel eodem, vel tertio die auferri. In aliis vero deglutitio magis laesa cernebatur, qui quidem in faucibus et ruborem et tumorem oculo ostenderunt; hi autem, licet interdum aeque ac priores interimerentur, diutius tamen superstites manserunt. Jam vero Coi non varios hos reputare morbos, quod Cnidii procul dubio fecissent, sed has adnotare prognoses: »Anginae, in quibus, neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet; sed »quae vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferunt, eodem aut »tertio die necant. Quae vero tumorem ac ruborem in collo capiunt in reliquis »quidem eodem modo se habent, verum diuturniores sunt."

Neque hic tamen subsistere eos sinebat illorum observandi studium; sed animadverterunt praeterea, nonnullos etiam in pectore et externis colli partibus rubores contrahere, hosque diutius inter vivos manere, quin et protinus servari, dummodo rubores ejusmodi et tumores extrorsum verterentur, imo et extus suppurarent. Quare illi mox hanc sententiam proferre: »praecipue autem malum pro»rogatur, quibus non solum fauces, sed cervicem quoque et pectus unâ rubor »occupat. Maxime vero potest inde secunda valetudo contingere, modo ne ad »interna revertantur."

Cnidiorum Diagnostice eo illos perduxisset, ut plurimas distinxissent anginae species, aliam sine tumore, aliam cum tumore et rubore in faucibus, tertiam tandem cum rubore in faucibus et pectore et collo: hîc vero finis fuisset eorum observationis. Coi contra prognoses sibi comparare studentes ad analogicam sponte ducebantur naturae interpretationem; quam, quomodo accipere oporteat, in eodem exemplo manentibus exponere nobis animus est.

Ponamus sacerdotes illos aegrotantem vidisse angina laborantem, qui magnopere levabatur, ubi extus in pectore rubor apparuerat. Malum ipsum ab internis partibus veluti revocari et extrorsum deferri videbatur, cum haud parvo aegri commodo; quin etiam morbus plane terminabatur hac ratione; ruborque tum in faucibus, tum in pectore et collo evanescebat, malo prorsus fugato, ita ut aeger integerrima rursum frueretur valetudine. At vero in altero primo quidem pari ratione hi rubores apparuerunt, mox tamen evanescebant; aeger autem non sanari, sed continuo in pejorem ruere conditionem, et crudeliter angi, et acerbissimis vexari doloribus, et malum prius extrorsum delatum jam ad internas partes reverti, easque semel relictas eo vehementiori aggredi impetu, donec tandem miser ille atrocissimo modo periisset. Hinc quidem hocce effecerunt praesagium: »Erysipelas foris quidem exstare utile, intro autem vergere lethale;" subjunxerunt autem, ut omnis omnium temporum posteritas perniciosam hanc re-

troversionem cognosceret: »cujus rei indicium est, cum rubore evanescente pectus »gravatur et aegrius spiritum trahit aeger."

Est haec, quam analogicam vocavimus naturae interpretationem, de qua Praeceptor clarissimus: »Quodsi," inquit: »in libris exponendis optima illa censeatur »interpretatio, quae ut ab Analogia petitur, sic analogica dicta est, in qua qui»dem multis locis conferendis, quinam fuerit singuli loci sensus, quaenam aucto»ris mens efficitur, hac quoque analogica interpretatione non meliorem aliam no»vimus, quam in interpretando magno illo naturae libro adhibeamus (3)."

Restat tandem ut de naturae imitatione videamus, ad quam continuo pergimus.

Admodum dolendum esse censeo, non plura nobis superesse artis, quam Coi ante HIPPOCRATEM fecerunt, monumenta; quippe hoc impedit, quo minus sciamus quaenam praecepta in medicina exercenda divino seni ab ejus decessoribus relicta fuerint. Sunt tamen adhuc pauca, quibus facile convincimur, ipsam procul dubio formam Prognosticam, quam sponte sua haec medicina nacta est, id effecisse, ut naturae molimina imitarentur atque ita naturam ipsam ducem sequerentur, viriumque etiam aegrotantium justi fierent existimatores. Non magis idoneum cognovi exemplum, quam cujus mentionem jam aliquando fecimus, curationis videlicet convulsionum.

Experientia quotidiana eos docuerat, admodum diversam esse spasmorum et convulsionum periculi significationem; pulcerrimaque illorum naturam interpretandi ratio eos ad variae convulsionum indolis cognitionem perduxerat; adeo ut haudquaquam contemserint spasmos ex enormi depletione sive sanguinis detractionibus, sive aliis quibuscumque evacuationibus per alvum, urinam, vomitum, sudorem factâ, ortos; sed illos vel gravissimum indicare periculum, non semel proclamaverint. Nunc autem hominem videbant largam narium haemorrhagiam patientem, quam inconsiderate ille aqua gelida vel alia quacumque ratione sistere. — Aeger vero, sanguinis fluxu sistente, mox in convulsiones incidere: illi eum curare. At qua ratione?

Hominis habitus profecto plethoricus, ipsa convulsionis accessio postquam sanguinis fluxum compescuerat, comparatio praeterea hujus casus cum aliis, in quibus inter ipsam haemorrhagiam et unâ cum imo virium lapsu convulsionem observaverant, eos impulisse videntur, ut nimiam repletionem σπασμοῦ caussam esse rati, seu potius ipsam haemorrhagiae cessationem illum provocasse putantes, venam secarent, et vero simul aegrotantem a morbo vindicarent.

(3) Vide C. PRUYS V. D. HOEVEN *Chrestomathiam Hippocraticam*, Praefationis p. XIV.

Est haec naturae imitatio simplex, est eadem facilis adeo, ut dixeris eam non inveniri non potuisse. Quod lubenter quidem concedimus, sed simul tamen affirmabimus, eam ex Prognostica eorum artis ratione et analogica illa naturae interpretatione, et ex symptomatum intelligentia, quae inde profluit, continuo esse deductam, neque aliam medicinam colendi rationem illo saltem tempore eo facile ducere potuisse. Ex poëticis enim philosophorum theorematibus nulla hîc lux affulsisset, nec major fere ex Cnidiorum Nosologia symptomatica, quippe qui σπασμοὺς tantum observassent, quos si distinxissent, ab externa forma distinctionem petiissent, neque ad caussam descendissent, ideoque perverse curassent, aut si quid bene, forte fortuito certe id tantum obtigisset. Cnidiorum quoque Nosologia utrum ad prudentissima illa praecepta de abstinentia a purgantibus in aegris debilitatis illos adductura fuisset, jure dubitari possit.

Quodsi autem, quaenam denique fuerit, quam tantis laudibus eveho, methodus quaeras: »Fuit vera *Inductio* quae triplici potissimum usa est, *Observationis* »videlicet sive propriae, sive alienae, *Comparationis* atque *Analogiae* auxilio (4)."

Observatione igitur a Graecis hominibus, quid verum esset quaerentibus, factâ, comparatione ab iisdem Graecis pulcri sensu penitus imbutis institutâ, ratiocinio denique illorum analogico, a praejudicatis opinionibus prorsus libero Prognostice quaedam oriebatur, cujus auctoritas summa, quippe non a systemate aliquo exoriebatur, sed ex ipsa natura, quam non divulsit, sed integram depinxit; ita ut fida acquireretur factorum historia, morbus et sanitas secum invicem compararentur, neque eorum tantum facies universa, sed et vel minima hujus faciei lineamenta et ipsae morbosae conditiones secum conferrentur, et affectionum tum diversitates, tum ταυτότητες perspicerentur, et ars tandem nasceretur praeclara ac sola vere salutifera.

Haec abunde, ut videtur, nobis ostendunt ante HIPPOCRATEM Medicinam tam feliciter cultam esse, ut optima quaevis inde exspectare liceret: unde simul, cur tantam sibi nominis famam comparare potuerit, intelligitur: namque omnia veluti praeparata et rite disposita erant, adeo ut unum illud tantum requireretur, ut Vir quidam eximii ingenii, quale Hippocraticum illud, exsurgeret et ipsos Artis limites latius posteritati poneret.

§ 2.

En! HIPPOCRATES ille magnus in scenam prodit, de cujus vita, quae memoriae mandata supersunt, tam fabulosa videntur, ut his narratiunculis fidem habere

(4) *Chrestom. Hippocr.* Praef. p. XIII.

plane non possis. Quae ad ejus scripta intelligenda cognitu sunt necessaria, paucis his absolvuntur:

Natus est HIPPOCRATES anno circiter 460 ante C. N. tempore belli Peloponnesiaci. Aetas igitur ejus in felicissimam incidit litterarum Graecarum aetatem, SOCRATEM inter et PLATONEM. Multa fecit itinera et verosimiliter in satis longinquas regiones; artem autem potissimum exercuit in Thaso, Thracia et Thessalia (5).

HIPPOCRATES patre medico natus, ex familia oriundus, quae per insignem annorum seriem medicinam feliciter excoluerat, scripta decessorum suorum non legere vix potuit, nec minus patris HERACLIDIS praeceptis ad hanc artem informari. Quod revera factum esse, docere videtur comparatio nostra Prognostici cum Praenotionibus illis Coacis, tum etiam harum cum Aphorismis plurimis convenientia.

Didicit inde Naturam continuo contemplari et interrogare; et pro ingenii praestantia, quam cuncta ejus scripta testantur, proprias observationes cum iis, quas proavi scriptis mandatas reliquerant, comparavisse et utrasque dijudicavisse videtur. Egregia procul dubio invenit multa, plurima tamen imperfecta, nec pauca falsa prorsus et incerta; quibus quidem eum incitatum esse crediderim, ut sensim sensimque haec emendaret et sua experientia amplificaret. Qua ratione Prognosticum exstitisse videtur, probabiliter antiquissimum ex omnibus, quae divinus senex reliquit, literarum mouumentis; quod autem ita natum esse reor, ut loca ex Coacis emendata sensim sensimque collegerit, nova sua his addiderit inventa, omniaque in unum illud opus suum conjunxerit.

Atque ex his omnibus simul Prognosticam illam interpretamur Medicinae Hippocraticae formam, circa quam omnis fere haec disputatio nostra versatur; quamque formam appellamus, quandoquidem potius imago externa illius videtur haec πρόνοια, quam res ipsa; ita ut, ubicumque Praevidentiam laudet HIPPOCRATES, omnem cogitare oporteat, quam sibi comparaverat, morborum notitiam, quamque ad futurorum quidem praesensionem adhibuit, ad veram τέκμαρσιν; sed quae plura tamen quam Prognosticen complectitur, quibus ablatis haec ipsa corruat necesse est.

Rem quidem paullatim explicare animus est.

Totus ille liber, qui Prognosticon audit, summâ curâ elaboratus, adeo ut perfectissimum fere omnium HIPPOCRATIS operum illud dixeris, fundamenta exhibet solida et inconcussa, quibus tota nititur magni Coi disciplina. In toto hoc scripto de Praevidentia medica agit, quae ad veram τέκμαρσιν ducit et in signorum intelligentia est fundata, quam a pluribus principiis petiit quidem,

(5) Ex Epidemiorum Libris, in quibus regiones et urbes, ubi aegrotantes visitavit, apponuntur, id apparet.

sed a duobus tamen praesertim veluti summis, a morbi cum sanitate comparatione et ab animi attentione ad signorum omnium concursum. Quibus ergo quomodo usus sit, paucis jam perquiramus.

Morbi cum sanitate comparationem tanti fecit, ut vel statim, simul atque ad aegrum accesseris, ejus faciem tibi inspiciendam esse, praecipiat, utrum haec sanorum vultui sit similis, an secus; tum, utrum aeger ipse sanorum instar decumbat, an vero alio quodam modo sese in lectulo composuerit, utrum solito tempore dormiat, an insolito. Quapropter prius quoque sanorum decubitum et somnum describit, deinde vero aegrotantium, atque ita verbo prius Semeioticen quamdam physiologicam tradit, deinde huic pathologicam subjungit. Jam vero has ita adhibet, ut quo major appareat a recto tramite aberratio, eo majus quoque periculum adesse existimet et doceat.

In his tamen universalibus nequaquam subsistit, neque abstracto cuidam perfectae sanitatis exemplari hanc suam comparationem accommodat, sed sanitati hominum singulorum, ita ut et aetatis, et sexus, et vero consuetudinis rationem inprimis habeat. Quare animadvertendum esse monet, an aegrorum facies sanorum illius sit similis et praecipue an sui ipsius; ita enim optima existimanda, quae vero ab eo plurimum recedit, periculum portendit. Et quam diligenter consuetudinem computaverit, sexcenta docent loca, ubi symptomata damnat, nisi adsueto accidant; quippe probe perspexerat homines saepe sanissimos ex more aliquid facere, quod per se nihil morbosi significet, sed tum demum malum haberi possit, quando unâ cum aliis symptomatibus, in non adsueto, morbi tempore observetur. Oculi semiclausi per sommum, decubitus in ventrem, stridor dentium, et similia plura hujus sunt loci.

Ad eandem praeterea sanitatis cum morbo comparationem referenda est excretorum solitorum non solum cum morbosis, sed etiam morbosorum inter se invicem collatio: quod primo quidem minus consentaneum videri possit, melius tamen congruere apparebit, ubi quanam ratione acceptum cupiamus exposuerimus. Nimirum quemadmodum sanitatem, tanquam perfectum quemdam vitae τύπον sibi proposuerat, ad quem morbum tanquam vitam imperfectam referret, ita quoque coctiones et crises, felici eventu notabiles, tanquam perfectas naturae operationes sibi finxit, quibus reliquas metiretur: quas quidem eo majus periculum indicare existimavit, quo magis ab optimis illis deflecterent, eoque majorem vitae spem dare, quo magis ad has accederent. Monita de alvi excretione, urinis, sputis hoc abunde declarant. Hac itaque ratione »*Physiologia* quaedam atque *Pathologia* ex-»stitit *comparata*, quam *veram* et *Physiologiam* et *Pathologiam* dixerim."

Haec quidem de priori illo *προνοίας* fundamento.

Quod ad alterum illud, computationem nempe signorum omnium; quanti momenti sit *τὴν σύλληψιν* symptomatum probe perspectam habere, in praecedentibus jam vidimus. Ipse vero HIPPOCRATES haud desinit auream hanc admonitionem lectoribus inculcare, signorum omnium vires et conferri, et computari, et dijudicari, et intelligi debere, ut Prognosis instituatur rerum eventu probabilis. »Ex hac autem »veterum Prognostice recentiorum nata est Semeiotice, in qua signa non conjun»cta ponuntur tanquam in tabula, sed distracta, divulsaque ut in catalogo. Quae »quidem recentiorum Semeiotice eo minorem habet et dignitatem et auctoritatem, »quo minor fides singulis habenda est quam universis (6)."

Rem ultro docent HIPPOCRATIS verba; moribundi namque facie descripta, monet: »Si per initia morbi ejusmodi facies fuerit, neque adhuc ex aliis signis »conjicere potueris, interrogare convenit num aeger vigilaverit, aut alvus admo»dum liquida fuerit, aut eum inedia aliqua oppresserit." His enim in casibus non tantum malum est timendum, et satis cito quoque haec in integrum restituuntur. »At si nihil horum praecessisse dixerit, neque intra dictum tempus »ad pristinum statum redierit, in propinquo mortem esse sciendum est. Si »vero vetustiori jam morbo, aut triduo, aut quatriduo ejusmodi facies exstiterit, »inquirenda sunt, de quibus ante praecepi, et reliqua signa, tum ex universa »facie, tum ex corpore et oculis in considerationem adhibenda." Quodsi ergo supinus decumbat, et obscure loquatur, et delirium adsit et *ἀποκαρφολογέῃ*, et extrema sint livida simul et frigida, et excretiones sint pessimi moris, mors profecto quam proxime aberit.

Haec quidem omnia ante HIPPOCRATEM non fuerunt neglecta, ipse vero illa magis excoluit et perfecit, et quod primo quidem forte fortuito verosimiliter factum erat, illum ex proposito fecisse luculenter apparet.

In Prognostico porro Dierum Criticorum seriem etiam primus tradidit, quae quanti momenti sit in praesensione, sponte in oculos incurrit, ubi reputamus, ipso monente, inde etiam faustum vel infaustum rerum eventum esse dijudicandum, prouti diebus his definitis morbus cesset, aut extra illos. Etiam hîc accurate quomodo numerandum sit, docet et exceptiones adnotat, quas numerandi methodus, quam commendat, patiatur; et in mulieribus crises computari debere monet ab ipso partus tempore, non a quo die aegrotare coeperunt; et manifesto ostendit haec omnia ab eodem observandi studio esse profecta, quod in antiquioribus Cois mox

(6) Vid. C. PRUYS V. D. HOEVEN *Oratio de Perfecta Medici Specie.*

laudavimus, nullique theoriae, nulli hypothesi haec esse superstructa, sed ex ipsa naturae historia continuo profecta.

Quaecumque vero huc usque persecuti sumus, in ipsis aegrotantibus potissimum observari possunt: sed monuit praeterea, morborum semper in vulgus grassantium et tempestatis conditionem mente concipiendam esse; qua de re jam videbimus.

Libri Epidemiorum magnam testantur HIPPOCRATIS hac in re experientiam, nec minus quam Prognosticum praebent sempiterna et omni aevo imitanda exempla fidae integerrimaeque naturae moliminum enarrationis; in quibus quid magis mireris nescis, indefessumne naturae studium, an Auctoris ingenium, quod primum universalem istiusmodi concepit morborum Epidemicorum contemplationem, an insuperabilem hos morbos depingendi artem, an denique divini senis veracitatem, candorem et modestiam.

Anni temporibus diversis diversos observaverat morbos magnus Cous, atque inde nexum quemdam causalem adesse intellexerat, quo hi cum illis tenerentur. Quam opinionem confirmavit morborum diversitas, quam pro diversa tempestatum ratione, consecutione, et vicissitudine, diversis annis videre illi contigit. Hinc autem exstiterunt libri Epidemiorum, in quibus hoc in primis HIPPOCRATEM sibi proposuisse dixeris, ut tempestatum et anni temporum vim et efficacitatem in morbos procreandos et mutandos exponeret: quippe illorum rationes et consecutiones continuo describit, antequam ipsam Epidemiam depingat. Jam vero morbum ejusmodi ab universalibus caussis remotioribus procreatum ita describit, ut aetatis, sexus, temperiei rationem ineat, eorumque vim in morbum ipsum mutandum non theoria quadam explicare vel ex principiis quibusdam demonstrare conetur, sed ipsis ostendat factorum observationibus. Quod idem valet de anni temporibus diversis, quandoquidem a Vere incipiens, qualis hoc tempore morbus fuerit, describit, deinde vero ad Aestatem transit et Autumnum et Hyemem; et mutationes, quas passus sit, continuo adnotat. In iis omnibus autem, non quid ipse perfecerit, quamnam ipse medelam administraverit, sed quid optima magistra natura fecisset et docuisset tradit; et quo tempore, et qua ratione, et quam vario modo variis anni temporibus crises perfecerit, communicat; atque ex iis omnibus continuo corollaria deducit ex ipsis observatis sponte profluentia. Etiamsi vero hac ratione in morborum Epidemicorum descriptionibus omnia exposuerat, quae in universum observaverat, eaque ad sexus singulos et singulas aetates et temperamenta singula retulerat, his tamen universalibus conspectibus particulares subjungit, e quibus, quid singuli aegri passi sint, discas.

Sic in quatuor, quas reliquit, Epidemiis, quid *κατάστασις* vernalis, aestiva, au-

tumnalis, hyemalis efficiat in morborum indolem modificandam, rebus ipsis manifesto ostendit, indeque intelligimus, quare in Prognostico monuerit, ad Aëris conditionem animum attendendum esse. *Exacte* enim *tenere oportet propriam cujusque anni temporum conditionem et statum, morbumque ipsum, et quidnam boni commune sit constitutioni cum morbo, quidnam et mali constitutio aut morbus inter se commune habeant.* Quae quidem omnia eum in finem adhibenda sunt *ut praeterita enarres, praesentia cognoscas et futura praedicas.* Ad praevidentiam continuo omnia refert, quam non perfectam sibi esse quidem censuit, sed a fideli naturae observatione perfici posse, aut multum certe proficere existimavit, quippe inde dies criticos repeti cupit febrium, quarum judicationes adhuc ipsum latebant. Haec cuncta in his libris tradita signorum intelligentiam etiam faciliorem reddunt et ampliorem, et permagni ipse aestimat de his omnibus cogitationem recte suscipere. Sic omnis cohaeret HIPPOCRATIS doctrina, neque ullus locus etiamsi magis elaboratus vel alterum excludit, vel caeteris carere potest, ut rite accipi et perspici possit. Sed pergimus ad alia non minus memorabilia.

Quod supra monuimus, HIPPOCRATEM satis longinquas peragrasse regiones, illud ad ejus doctrinam locupletandam mirifice erat accommodatum. Antiquorum mos ferebat ut itinera facerent, et quaecumque foris scitu digna obirent, viderent, et audirent, ea omnia in doctrinarum suarum usum converterent. Qua in re certe HIPPOCRATEM caeteris neque diligentia, neque recto novitatum usu cedere credimus. His enim itineribus, quid clima in universam naturam humanam tam sanitatis quam morbi tempore efficiat, didicit, idque pereleganter iterum in artis usum transtulit. Cujus rei praeclarum nobis superest monumentum in libro illo, qui de Aëre, Aquis et Locis inscribitur. In quo quidem quid efficiant regiones diversae, pro diverso situ, pro diversa ratione, qua ventis sive frigidis, sive calidis expositae sint, prouti aquis abundent, vel iis careant, prouti puris scateant et limpide fluentibus, vel stagnantibus impraegnatae sint et paludosis, prouti sylvis tectae sint, et montosae, vel nudae et planae, et quali ratione et quibusnam haec omnia obsint vel prosint, fide summa exponit. Alias inspexit regiones, in quibus magna erat tempestatum inconstantia et vicissitudo; alias, in quibus aequabiliores erant et constantes; alio loco tenuiori diaeta utentes vidit homines, alio loco copiosorem cibum sumentes; alios alacres vidit et promtos ad munera obeunda, vidit alios segnes et ignavos; quarum rerum mutuos inter se nexus, earumque causas docet et effectus. Ipsas temporum mutationes spectavit, et ex astrorum ortu et obitu futurum anni statum etiam praevideri cupit, et ita quoque morbos ἐπιδημοῦντας futuros; ad quos quomodo se haberent

incolae ut cognoscamus, haec omnia perpendenda esse monet. Sic autem ejus Aetiologia, causarum remotarum doctrina cum *προνοίᾳ* ita cohaeret, ut neque hujus ambitum complecti possis, nisi illam tenueris, neque illa ipsa quorsum tendat perspicias, nisi in memoriam tuam revocaveris prognosticam totius disciplinae Hippocraticae formam.

Haec autem Aetologia summum rursum testatur observatorem, verum naturae discipulum, qui placita sua neque ratiociniis, neque subtilibus disceptationibus tibi proponit et probat, verum observationum, quid significare velit, tibi sponte indicantium, fida enarratione.

Est autem locus praeclarus philosophicam HIPPOCRATIS mentem aperte declarans, quem silentio praeterire nequaquam licet. Narrat scilicet Scythas quosdam nobilissimos eunuchos fieri et munera muliebria obire, et veluti mulieres factitare et loqui, illosque *ἀνανδριεῖς* vocari. Quo de morbo multa disseruerunt et disputarunt Viri docti, quae nos quidem minus tangunt (7). Sed quae animadversa cupio, sunt haec divini senis verba: »Regionis quidem incolae causam Deo acceptam referunt, et hujusmodi homines reverentur et colunt, sibi quisque timentes ne quid »tale contingat. At mea quidem sententia hi omnes affectus divini sunt, ut et »reliqui omnes, nullusque altero aut divinior, aut humanior existit; sed divini »omnes, quum horum quodque suam naturam habeat, neque quidquam citra na»turam fiat. Atqui quomodo hic affectus mihi contingere videatur enarrabo." Quae jam sequitur aetiologica morbi interpretatio Anatomes imperitum et Physiologiae rudem ostendit virum, sed qui a superstitione alienus ex natura tamen rem explicare molitur; et quod ex verbis adlatis praesertim elucet et ex toto libro patet, quodque praesertim animadversum cupimus, id est, quod statuerit corpus humanum a rebus externis continuo affici et vicissim in has ipsas reagere, ita ut inde vitae phaenomena tam in sanitate quam in adversa valetudine mutentur et modificentur, et hae vires causae morborum esse possint. Quae cum in variis regionibus sint diversae, medicum cupit harum omnium vires edoctum, adeo ut verus *κοσμοπολίτης*, ubicumque demum artem exercere cupiat, situm locorum, et naturam soli et aquarum, et victus rationem incolarum inspicere tantum debeat, ut morborum naturam et indolem cognoscat, ideoque nec de felici suae artis successu desperet. Quapropter in Prognostico monuit, haec signa, quae admirabili arte expressa nobis reliquit, omni tempore et omni loco fide digna esse habenda et aeque hyemali tempore frigido, atque calida aestate, aeque in Scythia boreali

(7) SPRENGEL. *Apologie* II. Ad librum de Victu Acutorum.

atque in ardente Libya, bona bonum, mala malum significare; quippe in natura ipsa fundata erat ejus doctrina, quam omni tempore et ubivis locorum sui similem esse et sibi respondere probe perspexerat, modo rite et audiretur et intelligeretur, neque indigna fraude vel turpi tarditate ejus monita negligerentur.

Hucusque quidem illud perficere conati sumus, ut quam late pateat et quantae auctoritatis sit disciplina Hippocratica ostenderemus. Analogica naturae interpretatio, magnum illud est instrumentum, quo ad tantum laudis fastigium pervenerit. Etenim »quam animo sibi informavit, Naturae humanae Historiam, ita per»secutus est, ut non tantum, quid a morbo distaret sanitas, observando, compa»rando, atque analogiae ratione adhibenda indagaverit; verum etiam, quae esset »hominis valetudo, sive secunda sive adversa, quâ aetate, quo sexu, quâ corpo»ris temperie, quo vitae genere, quo loco, quo anni tempore quaesiverit, om»nesque et sanitatis et morborum investigaverit diversitates. Quippe alia est pue»rorum, alia senum sanitas; alia virorum, alia foeminarum; alii sunt pueritiae »morbi, alii senectutis; alii hijemales, alii aestivi; alii Europaeorum, Asiaticorum »alii. Quae cunctis communia, quae singulis propria, notavit: cum aetatibus anni »tempora comparavit, cum anni temporibus regiones, cum hominibus singulis »gentes universas, cum civitatibus denique ipsas orbis terrarum oras. Sicque »universales indicavit leges, quas rebus cunctis natura dixerit."

In ipsa hac naturae historia ipsisque illius legibus omnis ejus praxis erat fundata, hinc omnis pendebat et emanabat. Quemadmodum magnae omnes mutationes eaeque subito factae sanitati nocent, ita in morbo id vel multo magis facient, quare ab his abstinendum esse monet. Quemadmodum sanitatis tempore pro aetate, sexu, solito vivendi genere, majorem vel minorem ciborum copiam ingerunt, ita horum omnium ratio est habenda in victus ratione aegrotantium. Quo major est virium dispendium in homine sano, eo majorem ciborum copiam sumat necesse est; ita quoque aegro, quo plura excernantur ex ejus corpore, eo majori nutrimenti copia opus est. Haec omnia quasi ex intima vitae scientia sunt hausta; sed videbimus Prognosticam hujus scientiae formam quoque non parum utilem fuisse praxi divini senis. Crises namque praevidere haec eum docuerat, quas ne interrumperet vel corrumperet continuo molitus est. Morbo crudo nimirum naturam sibi relinqui jubet, neque ab opere coctionis vel criseos avocandam esse, stomachum onerando ciborum digestu difficilium ingenti copiâ: sed ab altera parte ad coctionem crisinque ferendam vires requirebantur, tum ad opus ipsum perficiendum, tum ad evacuationem sine noxa patiendam: his igitur prospicere debuit, et vero potuit et facere jussit, quippe praecipit aegrum alimentis sus-

tendandum duobus praesertim ante judicationem diebus, idque pro ratione eorum quae excernerenter. Quae regulae utrum ab illo constitutae fuissent, si aliam qualemcumque medicinam colendi viam ingressus esset, merito dubitari potest.

Quodsi exemplum insuper desideras, e quo pateat signorum intelligentia omnem ejus artem niti, eumque hanc semper inter medendum in auxilium vocasse, dabimus ultro splendidissimum, quod optimum observatorem et rationalem artificem vel primo intuitu referat. Sectione scilicet secunda libri de Victu Acutorum, de perverso ῥοφήματος usu multa questus, enumerat signa plurima ex pravorum genere; quae si initio compareant, gravis delirii significationem edere refert, quin etiam mortem futuram plerumque indicare, nisi crisis fiat per haemorrhagiam narium, vel puris crassi excreatione. Jam vero sic pergit: »Neque horum ita pe-»ritos medicos video, ut virium infirmitates in morbis dignoscant, quae vel ex »vasorum inanitione perficiuntur et quae vel ob aliud quoddam irritamentum, »quaeque ob dolorem et morbi vehementiam, quasque omnis generis affectuum »species natura nostra et habitus in singulis pariat, quamvis haec cognita aut »ignorata salutem aut mortem afferunt. Majus si quidem malum est, si ob do-»lorem aut morbi vehementiam debilitato quis potum aut sorbitionem copiosiorem »aut cibum exhibeat, ob vasorum inanitionem debilem esse ratus. Indecorum »autem est probroque vertitur, si quis ex vasorum inanitione aegre habentem non »agnoscat et victus ratione opprimat (πιέζειν). Periculum si quidem quoddam »affert hoc erratum, multo tamen minus quam alterum, illoque longe majori risu »dignum est. Nam si quis alius medicus aut plebejus accesserit, et quae con-»tigerint cognoverit, cibumque et potum, quem alter prohibuerit, exhibuerit, is »procul dubio auxilium attulisse videatur. Atque ista praecipue artifices apud »homines infamant." — Haec certe si quae alia signorum intelligentiam prae se ferunt, sine qua debilitatem veram a virium oppressione profecto non distinxisset. Dulce est, Graecum senem, praeclarum artificem, ingenue causam dicentem audire, miramur dignum medicinae patronum, qui quantum ab ipsa προνοίᾳ profecerit, hinc dilucide constat. Haec enim ad symptomatum concursum mentem ut adverteret eum impulit, eumque nexum inter cuncta et singula perspicere docuit; hac duce ad crisin praeparavit corpus, crisi facta illud reficiendum esse praescripsit: hac duce ad singulas gentes, singulos sexus, singulas aetates, imo vero singulos homines artem accommodavit, quid natura et faceret et ferret inquisivit, et ne quae faceret turbaret, et ut ferendis, quae ferret, idoneam redderet omni studio enixus est.

Ex iis, quae hoc capite absolvimus, abunde patet, nî vehementer fallor, ad

doctrinae Hippocraticae intelligentiam magnopere conducere originem ejus ex Prognostice et ipsam ejus Prognosticam formam continuo tenuisse, ex qua intelligimus, quare tantam nominis celebritatem, idque merito, sibi parare potuerit divinus senex. Sed inde intelligimus simul, qualis haberi debeat doctrina Hippocratica; est nimirum omnino *studium observandi*, et de illâ affirmare licet quod de veterum philosophia ferunt, »eam non scientiam esse sed studium scientiae, non doctrinam sed »doctrinarum omnium et maximarum artium procreatricem; tantumque abesse ut »vana sit et incerta, ut fluctuantibus et corruentibus per saeculorum decursum »philosophorum opinionibus et doctrinis ipsa tamen integra maneat et immuta- »bilis." Est enim studium illud observandi non ipsa medicina, sed verae medicinae mater, cujus ea est auctoritas, ut per omnia saecula, quotquot arti salutiferae homines incubuerint, haec tum demum profecerit, cum hanc ducem sequerentur, neque diutius quam hâc duci se paterentur artifices.

Ipsa modesta HIPPOCRATIS artis suae existimatio ultro docet, eum hanc in infantia versari reputasse: quippe candide, quae nondum invenerit, fatetur et unde expetenda sint docet; et artem longam praedicat, vitam brevem; et quaestiones relinquit, quibus respondeant posteri, et opus inchoavit, quod perficiant nati natorum et qui nascentur ab illis; quod ut praestent hortatur *τοὺς ὀρθῶς τὴν ἰητρικὴν ζητεῖν βουλομένους*, illos videlicet, qui veritatis studiosi, scientiae amore ducti, veri *τῆς τέχνης ὑπήρεται*, hanc indefesso naturae studio amplificare et ad majorem identidem evehere perfectionem ex animo cupiant et re ipsa conentur.

THESES.

I.

Pulcerrime GAUBIUS Medicinam definivit »scientiam et prudentem directionem »virium naturae humanae, ope praesidiorum naturalium, ad vitae et sanitatis a »morbis et morte tutelam."

II.

HIPPOCRATES suo tempore fuit medicus tam excellens, ut meliorem hac aetate tibi fingere vix possis. Fuit autem Physiologiae et Anatomiae imperitus. Perperam hinc concludas, has scientias medico supervacaneas esse. Sunt quidem adeo necessariae, ut iis carere plane non possit.

III.

Nexus, quo Physiologia et Pathologia cum Praxi tenentur, profecto in Semeiotice est posita. Nec tamen GAUBII Methodum syntheticam, quam in Pathologia tradenda secutus est, rejicimus.

IV.

Divisionem Gaubianam symptomatum in symptomata morbi, caussae, et symptomatis defendimus.

V.

Perperam RUDOLPHIUS (*Physiol.* I. p. 101). de membranis serosis: »Nicht »ein einziges Gefäss geht irgendwo in ihre Substanz ein, sondern sie legen sich »über die Gefässe, wenn diese an andern Organen, z. B. dem Herzen, der Le»ber befindlich sind."

VI.

Recte quidem Empirici illi apud CELSUM contendunt »morbos non eloquentia, » sed remediis curari."

VII.

Lien ulteriori Chyli elaborationi inservit, Chylum sanguini similiorem reddit.

VIII.

Cholerae Asiaticae propagationem ex Miasmate intelligi non posse, contendimus. Est hicce morbus contagiosus.

IX.

Symptomata in hoc morbo observanda indicant affectionem adesse nervorum, praesertim organicorum, et sanguinis depravationem. Certo tamen definiri non posse contendimus, utra harum affectionum primaria sit habenda.

X.

Materies illa aquosa, *Cholerica* vulgo dicta, quae in hoc morbo sursum deorsumque ejicitur, per veram *διαπήδησιν* in canalem cibarium devenire credimus. Minus apte ideo ibi *secerni* dicitur.

XI.

Prognosis in hoc morbo admodum incerta est. Hic quoque praesertim medicos memores esse oportet moniti Hippocratici, omnia signa simul esse computanda. Propter difficilem Praesensionem, medicus aegrotantes saepissime observet, est necesse.

XII.

Opium in hoc morbo parum commendandum videtur; hoc remedium aliis certe longe est postponendum.

CORRIGENDA.

Pag. 14,	*v.* 19,	*in Coacis:* 9.	*lege:*	91.
» 15,	» 8,	*in Coacis et Prorrh.:* ψόφον	»	ψόφον *utroque loco.*
» 16,	» 9,	*in Coacis:* οὐκ	»	οὐχ
» 16,	» 3,	*notae* (28): »Dolor, rarus	»	»Dolor rarus
» 17,	» 18,	*in Coacis:* σπασμώδεα.	»	σπασμώδεα, πονηρά.
» 19,	» 4,	*ibid.:* 36.	»	14.
» 19,	» 5,	*notae* (40): swache	»	schwache
» 20,	» 11,	*in Prorrh.:* ἐν	»	ἐπὶ
» 20,	» 17,	*ibid.:* ῥηγνύμενον	»	ῥηγνύμενος
» 21,	» 11,	*in Coacis:* 275.	»	257.
» 21,	» 13,	*ibid.:* πόνοι	»	πόνοι τουτέοισιν
» 22,	» 9,	*ibid.:* σπασμώδεα	»	σπασμώδεσι
» 22,	» 14,	*ibid.:* τα καὶ, τὰ	»	τα, καὶ τὰ
» 22,	» 5,	*notae* (55): ἐξίστανται.	»	ἀνίστανται.
» 23,	» 2,	*notae* (61): invenit.	»	invehit.
» 25,	» 4,	*in Coacis:* ἱδρώτος	»	ἱδρῶτος
» 25,	» 12,	*ibid.:* 385.	»	315.
» 26,	» 5,	*in Prorrh.:* καὶ τι	»	καί τι
» 26,	» 16,	*in Coacis:* σημαίνουσι.	»	σημαίνουσι· τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κάκιστον.
» 26,	» 2,	*notae* (74): dissimilis	»	dissimile
» 31,	» 1,	*notae* (103): φεβοδονώδεα	»	φλεβοδονώδεα
» 32,	» 2,	*in Coacis:* κεφαλῆς	»	κεφαλῆς ἀλγήδονος
» 33,	» 8,	*in Prorrh.:* ἐξίστανται	»	ἀνίστανται
» 35,	» 5,	*ibid.:* ἐκ τουτέων	»	ἐκ τῶν τοιούτων
» 36,	» 9,	*ibid.:* ἀράγε καὶ σπασμώδεες αὗται;	»	ἆράγε καὶ σπασμώδεες αὗται; ἆράγε αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται;
» 39,	» 16,	*in Coacis:* γονοειδές.	»	γονοειδές. ἐπὶ πολὺ δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.
» 39,	» 18,	*ibid.:* νωθρίη	»	νωθρίῃ
» 42,	» 7,	*ibid.:* αἰσθα-	»	ἐπαισθα-

Pag. 43, *v.* 3, *ibid.: κοιλίη*	*lege: κοιλίη*
» 51, » 3: syderationem,	» siderationem,
» 56, » 3: *προλέγων τοῖσι*	» *προλέγων παρὰ τοῖσι*
» 60, » 2, *in Coacis: ἔκθλισις,*	» *ἔκθλιψις,*
» 62, » 10, *in Prognost.: ἀποκαρφολογούσας,*	» *ἀποκαρφολογούσας, καὶ κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας,*
» 62, » 20, *in Coacis: εἴσω.*	» *εἴσω. καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω.*
» 63, » 1, *ibid.: ἐπανάκλισις*	» *ἐπανάκλησις*
» 63, » 11, *in Prognost.: οἵ δ' ἦν*	» *οἵ δ' ἂν*
» 64, » 14, *in Coacis: ἐπώδυνον;*	» *ἐπώδυνον,*
» 64, » 21, *ibid.: αἵματος*	» *αἵματος διὰ ῥινῶν*
» 66, » 7, *in Prognost.: ὁμαλὸν*	» *ὁμαλὸν καὶ λεῖον*
» 66, » 9, *in Coacis:* 454.	» 452.
» 67, » 13, *in Progn.: βαρὺς φαίνοιτο*	» *βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο*
» 67, » 23, *in Coacis: νόσημα,*	» *νόσημα καὶ ἄλλο τι τῶνχρησίμων ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα*
» 70, » 12, *ibid.: δὲ σὺν*	» *δὲ καὶ σὺν*
» 72, » 5, *in Progn.: τὰς, ὑφιστάμενας*	» *τὰς ἄνω ὑφιστάμενας*
» 72, » 27, *ibid.: ὀθέθριον*	» *ὀλέθριον*
» 73, » 4, *ibid.: πᾶσι*	» *πᾶσι τοῖσιν*
» 74, » 1, *in Coacis: δὲ συμμεμιγμέ-*	» *δὲ μὴ πολλῷ συμμεμιγμέ-*
» 75, » 23, *in Prognost.: γέγραπται,*	» *γέγραπται ἕκαστα,*
» 76, » 15, *in Coacis: ἐγκεκλισμένοισιν*	» *ἐγκεκλιμένοισιν*
» 85, » 19, *ibid.: ἐν ἡμέρῃσι*	» *μήτε ἐν ἡμέρῃσι*
» 86, » 3: *, ἐπιγίνονται in fine hujus versus deleatur.*	
» 89, » 15, *in Progn.: κλαυθμηρίζωσι, lege: κλαυθμυρίζωσι,*	
» 120, » 13, *in Aph.: ἀκροχόρδονες*	» *ἀκροχορδόνες*
» 133, » 1, *notae* (52): Scyrrhi	» Scirrhi
» 134, » 15, *in Coacis: Ὅ τι*	» *Ὅ, τι*

Ceteris minoris momenti ignoscat benevolus Lector.